

Atquē non minima humano generi illata est iniuria, cum huiusmodi belluas inter homines  
arminis adnumerari. Oportebat namq; iniquos de terra tollere, & à consortio Christiano-  
rum explodere: siquidem inter homines non merentur censeri, qui sacrilega impietate scel-  
eracōmittere non verentur. Nec quisquam publica & facinorosa scelerā committere vellet,  
sītationis pñnam subiret. Nam si omnes temporis illius Iudei, qui se falso iactabant legis  
esse obseruatores, adjissent Herodem, cum Ioānem innocentissimū in carcerem trusit, for-  
tassis Herodes ab impietate cessaret, & adulteram Herodiadē à se reijceret. Pientissim  
igitur dominus Iesus abhorrens facinus, vidensq; quam bonam considerat humanam natu-  
ram, sic diabolica suasionē corruptam, concēdit nauiculam, & secessit in desertum locum,  
a consortio & conspectu hominum se subducere volens: cui cum Deo patre & Spiritu san-  
cto est honor, gloria, & imperium in æternū. Amen.

## TRACTATUS SECUNDVS

In XIII. cap. beati Matthæi.

Peregrinatio  
nes contra hę  
reticos appro  
bantur.

Vm dominus recessisset in locum desertum, auditō beati Ioannis martyrio, non id la-  
tuit turbas: quæ cum audissent dominum secessisse seorsum, lecutæ sunt eū pe-  
destres de ciuitatibus, non parcētes labori & itineris longitudini. Fuerunt autem nu-  
mero viginti quinq; millia hominum, exceptis parvulis & mulieribus. Quocunq; rescueris  
esse dominum, eō te confer: nulla te mora detineat, nec deficias querere laſitudine. Scito,  
quicunq; quæsierit dominum: quamuis eum in deserto querat, se inuenturum, & ab illo mi-  
rabiliter refectum iri. Peregrinationes approbat Christus, cum ad se eentes in desertum lo-  
cum, & languidos curat, & famelicos pascit: ne locus hæreticis relinquatur peregrinationi-  
bus detrahendi. Et exiens, vidi turbam multam, & misertus est eis: & curauit  
languidos eorum. Exiens siquidem dominus ab aliquo secessu, quo à discipulis semotus  
erat, non refugit, nec amplius disparet: quinimo ipse illis obuiam exiens, cura-  
vit languidos eorum. Qui quāuis non numerentur ab euangelista, in tanta hominum, mili-  
tum, & parvolorum multitudine, non pauci credendi sunt: quos salute mirabiliter domi-  
nus donat. Discipuli verò pietatis magistri imitatores, vespere facto accesserūt ad do-  
minum, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præteriit, dimitte turbas, vt  
eentes in Castella, emiant sibi escas. Non tantum in ijs quæ ad animam pertinēt, sed  
utiam quæ ad vitam & corpus, nouerimus intercessores haberi sanctos. Compatiuntur dis-  
cipulinecessitati hominum, & dominum certiore in faciunt de populifame, orātes vt in pro-  
ximos viacos illos abire sinat, vt escas emant. Dominus autem comprobans eorum interces-  
sionem, & illam sibi acceptam confirmans, inquit: Non habent, necesse ire, qui tantum  
silicet habent redemptorem, & tales intercessores: miraculo perficienda res est. Da-  
te vos illis manducare. Paudi respondent beati apostoli: Non habemus hic,  
nisi quinque panes, quos hordeaceos beatus Ioannes dixit, & duos pisces. Qui  
ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cam iussisset turbam discumbere super  
soenam, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cœ-  
lum benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis panes: discipuli autem  
Intercessio sā-  
ctorū appro-  
batur.  
turbis

turbis. Et manducauerunt omnes & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus, quinq<sup>u</sup>; millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis. Domini temperantia & voluntaria parsimonia & beatorum discipulorum notanda contra haereticos, crapulae & ebrietati intentos. Quinque panes hordeaceos, & duos pisces in cibum tredecim hominum, per portabat, non carnis delicias, nec panes selectae similaginis. At qui rudes panes hordeaceos, & hos paucos, quinq<sup>u</sup> non amplius, duos & pisces in desertum discipuli adduxerunt. Et acceptis dominis panibus, in celum suspicit, edocens nos etiam cibum a domino querere: neque alium esse, qui possit alere: nisi illum, cuius sunt omnia. Mirabilis utique diuina prouidentia ostenditur, cum omni die mensam omnibus parat, qui sunt in orbe: Christianis, Turcis, Mahometanis, Iudeis, Paganis: atque adeo brutis pabulum suggestit, animalibus, piscibus, serpentibus, vermiculis, atque omni quod vivit, siue in aere, siue super vel sub terra, siue in aqua. Apries, inquit David, tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. Suspiciens in celum, exemplum dedit distributoribus dignatum & quorumcumque bonorum, ut cum habet praemaniibus quicquam distribuendum, oculi semper in celum intenti sint, soli Deo placere volentes: & secundum Deum, non secundum carnem donanda distribuant. Benedixit. Quae illa fuerit benedictione, non explicuit beatus evangelista. Quoniam vero adhuc sancta crux ex domini membris decorata non suscepere: constat illam benedictionem, cruce minime fieri posse: quae tunc ad salutem omnium est dedicata, cum in illa dominus fuit affixus. Fredit & dedit discipulis suis. Ex praecienti materia secundum beatum Augustinum, & beatum Thomam 3. par. q. 44. multiplicauit dominus panes: nempe illi panes erant quasi semina, non quidem terrae mandata, sed in manibus Christi multiplicata. Quod autem per manus discipulorum datur turbis: scito dominum plura largiri bona per manus sanctorum suorum, in beatitudine sibi semper assistentium: prout experti sunt plurimi, in prelijs beatum Iacobum certantes, & in maris periculis, alias quos invocant sanctos. Gratiam & gloriam ( & si sanctorum precibus adiuuetur) dabit perse manibus suis dominus. Et omnes saturati sunt. Hoc est discrimin inter bona a Deo collata, & sanctorum precibus impetrata, a bonis industria & humana solertia conquisitis. Nam quae a domino exhibentur, cor quietum reddunt, animam tranquillam faciunt, & saturitatem praestant. E diverso, quae humana industria & solitudine comparantur, secum suam crucem gerunt, & iterum famem & siti aliorum inducent: veluti qui falsa reficeretur aqua, qui eodem sitiret amplius, quod amplius biberet. Saturati igitur sunt, & superfuerunt ad miraculi ostensionem duodecim fragmentorum cophinis & de pisibus, inquit beatus Marcus cap. 6. Ut semper nobis impromptu sit Christus dominum querere: certaque simus, quod nihil deerit nobis, verum & supererit. Porro manducantium numerus ultimò ponitur ad rei magnitudinem commendandam. Siquidem quinque milia hominum praeter parvulos & mulieres saturare, ex quinque panibus & duobus pisibus, magnum utique signum est. Sed maiorem praeferre potentiam argumetur beatus Augustinus, totius mundi saturationem. At, inquit, hanc totius mundi prouidentiam non admiramus, ut quam omni die & hora praeculmis habeamus. Itaque assiduitate non admiramus, quod utique mirabilius est. Quapropter dominus quaedam peculiaria suo tempore reseruavit facienda: quae non quidem maiora sunt, sed nobis ob raritatem mirabiliora. Satiat dominum

Intercessio  
sanctorum utilis.

3. par. q. 44. multiplicauit dominus panes: nempe illi panes erant quasi semina, non quidem terrae mandata, sed in manibus Christi multiplicata. Quod autem per manus discipulorum datur turbis: scito dominum plura largiri bona per manus sanctorum suorum, in beatitudine sibi semper assistentium: prout experti sunt plurimi, in prelijs beatum Iacobum certantes, & in maris periculis, alias quos invocant sanctos. Gratiam & gloriam ( & si sanctorum precibus adiuuetur) dabit perse manibus suis dominus. Et omnes saturati sunt. Hoc est discrimin inter bona a Deo collata, & sanctorum precibus impetrata, a bonis industria & humana solertia conquisitis. Nam quae a domino exhibentur, cor quietum reddunt, animam tranquillam faciunt, & saturitatem praestant. E diverso, quae humana industria & solitudine comparantur, secum suam crucem gerunt, & iterum famem & siti aliorum inducent: veluti qui falsa reficeretur aqua, qui eodem sitiret amplius, quod amplius biberet. Saturati igitur sunt, & superfuerunt ad miraculi ostensionem duodecim fragmentorum cophinis & de pisibus, inquit beatus Marcus cap. 6. Ut semper nobis impromptu sit Christus dominum querere: certaque simus, quod nihil deerit nobis, verum & supererit. Porro manducantium numerus ultimò ponitur ad rei magnitudinem commendandam. Siquidem quinque milia hominum praeter parvulos & mulieres saturare, ex quinque panibus & duobus pisibus, magnum utique signum est. Sed maiorem praeferre potentiam argumetur beatus Augustinus, totius mundi saturationem. At, inquit, hanc totius mundi prouidentiam non admiramus, ut quam omni die & hora praeculmis habeamus. Itaque assiduitate non admiramus, quod utique mirabilius est. Quapropter dominus quaedam peculiaria suo tempore reseruavit facienda: quae non quidem maiora sunt, sed nobis ob raritatem mirabiliora. Satiat dominum

dominus ex quinque panibus quinque millia hominum, cum omni die faciet universum orbem paucissimis granis terrae projectis. Cum dominus aquam vertit in vinum in nuptiis. Ioa. 2 omnes mirati sunt: id vero singulis annis deus facit in vineis. Surrexit unus mortuus, omnes admiramus, qui quidem olim fuerat in hoc seculo viuens: et nemo miratur tot quotidie nasci utriusque sexus infantes, qui nunquam in seculo apparuerunt. Advertendum etiam secundum doctores theologos, quod respectu dei miraculum non appellamus, sed respectum nostri. Nam verum miraculum est arduum quodam facere super facultatem naturae, cuius autor est deus. Igitur deo nihil arduum est, nihil supra facultatem nostra potest. Nobis autem miraculum est, ex coelis iam panibus, et mola attritis granis multiplicatio, usque ad quinque millia hominum satisfactionem. Aquam commutare in vino, non potest natura: atque ideo nobis miraculum est. Mortuus non potest natura vivere, et ideo admiramus. Quaequidem omnia satis ostendunt in Christo domino divinitatem eumque verum esse messiam in lege atque prophetis promissum, verum hominem verumque dei filium: cui cum patre et spiritu sancto est honor, gloria, et imperium in eternum. Amen.

Miraculi bona  
na diffinitio.

## TRACTATUS TERTIVS.

In XIII. cap. beati Matthei.

ET statim scilicet post collectionem fragmentorum, compiluit Iesus discipulos suos ascendentes in nauicula, et praecedere eum transfretum, donec dimitterentur basi. Ceteri recedunt discipuli optime philosophantes nihil esse tutum, ubi non adest Iesus. Spectata illis redundunt omnia absente magistro. Ceterum obedientia compellente etiam a consilio sermonis dei oportet separari. Diuimus namque magister docet nos propriam non quae rere consolationem, quinimo intercedente obedientia Isaac cum fidei Abram sacrificare. Cum autem ille propinquior efficitur Christo, qui plus eum diligit: et charitas secundum apostolum est vinculum perfectionis, ad Collo. 3. quanto quis aetioribus dilectionis vinculis Christo desincitur, eo perfectius ipsis voluntati adhaeret. Quapropter verissime subinfertur, quanto quis deum plus diligit, eo magis esse obedientem, et maiori conatu eius mandata obire. Unde et beatus apostolus Paulus tantopere Christi domini obedientiam superexaltat, dicens: Fatus obediens usque ad mortem, ad. Phil. 3. Et dimissa turba, ascendit in monte solus orare. Turbam iam satiatam dominus abire iubet, eo docens nos, ne popularem captemus gloriam, et ne multitudinem eo nomine atrahamus, sed potius omni spectata mundana gloria soli placere deo conemur. Vel turba dimittitur, quia iam propter cibum Christum volebat sequi, prout habetur. Ioa. 6. Quæreris, inquit, me non quia vidistis signa: sed quia manducasti ex panibus, et saturatus es. Hi enim ac multi hodie eorum similes, Christum querentes, non Christum querunt, sed sua ipsorum commodacione Christo, sed sibi adhaerent, toti ad priuationes suas utilitates propensi. Qui sic principes querit, se potius quam illos querit, unde fit ut per quam paucissimos fidos habeant famulos. Solus autem orat: denotans locum, qui esset orationi querendus: ne pluribus disturbatus animus, ab eo quod orat, auertatur. Vespere autem facto, solus erat ibi: nauicula autem in medio mari aetabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Ecce hic labores fluctuantis ecclesiae, ut potest tot tyrannorum fluctibus hinc inde iactata, sed non submersa: tot hereticorum ventorum flatibus concussa,

O sed

sed non subuersa. Quatenus impotest, sed pessum abire nequit: oppugnari potest, at non expugnari: concuti, at non auelli: agitari deniq; potest, neutquam vero deici. Nam firmata est super firmam petram Christum dominū nostrum, vni cum filiū Dei. Discant & Christiani super solidū fundamentum se radices iactas habere. Nec cum mundi turbine quatuntur, per ilum citius liberandi, qui fidelis est: Et nō patietur, inquit beatus apo. Pau. vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere, pri. Corin. 10. Si aut̄ qui obedientia, à corporali domini praesentia separantur, cum illo amore coniuncti, procellosam patiuntur tempestatem, ne mireris: cum videoas repentinis turbationibus concutti peccatores, qui sponte à Christo recedentes dæmonis obsequio adhaerent: & deo permittente ut resipiscant, torquentur. Nouerant optimi discipuli nihil esse tutum absq; dei praesentia: inuitig; recedunt, & tempestatem nō minimam paciuntur. Quarta aut̄ vigilia noctis, venit ad eos, ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambularem, turbati sunt, dicentes: Quid phantasma est. Et praetimore clamauerunt. De ambulatio domini super mare, non tam ex maris soliditate, quantum ex agilitate sui sacratissimi corporis fieri cxi stimatur. Cum enim anima Christi semper ob diuinā fructu nē beatas sit, agilitatis dotem tunc corpori comunicauit, secundum Hugonem de sancto vatore. Beatus verò Thomas cum velit de ratione dotis esse permanentiam, & Christus dominus in modico temporis spatio maris fluctus calcauit, hanc de ambulatione miraculo ascribit. Quomodo cūq; id fiat, siue uno siue altero modo, satis nobis est euangelium, quo credimus dominum super mare perinde ambulauisse, ac si super aridam graderetur. Quod autem ad tempestatis timorē, addat etiam dominus discipulis timorem suum, ostendit: cū eius ecclesia tribulationum procellis grauius urgetur, tūc citius tranquillitatem donare. Statique, cum praetimore clamassent, iam sibi supremum expectantes diem, Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciani, ego sum, nolite timere. Timeant pagani, idola vanaverentes. Timeant Iudei, dominū ab negantes. Timeant hæretici nauiculam Petri falsae doctrinæ fluctibus agitantes. Vos autē nolite timere veri Christiani intra Petri nauiculam cōsistentes. Christus dominus est ambulans supra procellosū mare, supra disturbatū sēculum, supra commotū orbem. Omnia subter pedes eius calcantur, tyranni, Iudei, pagani, hæretici Turcae, Mahometani. Habeat ē Christiani fiduciā, dominus nauiculam Petri auxilio suo nunquam destituet, semper illi aderit, atq; eam dirigit tuebitur q;. Vnde & factum est, ut tacentibus omnibus discipulis, ipse solus beatus Petrus tanquam nauiculae futurus summus praefectus, & Christi vicarius, dominum alloquitur, dicens: Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait, veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum. Fiduciam sumpfit beatus Petrus, à verbo domini dicentis: Veni. Ait quidam doctor, eo quod intus verbo domini nouit fiducia liter se posse aquis committere. Possumus etiam dicere, Petrum optime agnouisse Iesum in voce: certissime sciens neminem vocem eius effingere posse, neq; angelum abq; domini specie ali mandato. Ita igitur certior factus dominum esse, cuius vocem optime nouerat, sciebat se tuto posse super aquas ambulare, si dominus dixisset, veni. Qnod & factum est: vel domino suspendente beati Petri corporis granitatem, vel aquis præstando soliditatem. Omni po-
 tenti;

tenti omnia sunt possibilia. Videns verò ventum validum timuit. *o fragilitas humanae conditionis.* Non timuit se mari committere, eo quod dominus dixit, *veni: cumq; super mare iam se videat ambulantem, tunc ventum irruentem timet:* Similes & nos sumus, qui Deum omnipotentem scimus propter nos hominem factum, & de minimis nobis necessariis tribuendis dubitamus. Volens autem dominus ostendere de se confidentibus, quid ipsi valeant: & diffidentibus, quomodo relinquunt naturae cursui: *Dum confudit Petrus, ambulat super mare: dum timet, videns ventum validum, incipit mergi.* Qui bono utiq; cōsilio v̄sus, Cum cōpisset mergi, clamauit dicens: Domine saluum me fac. Et cōtinuo Iesus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi, Modicē fidei, quare dubiasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. *Qui autem in nauicula erat, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verē filius Dei es.* Satis super que ostenditur Petri primatus, in his omnibus retro sententias. Quum ipse solus supra marinos vertices cum domino perambulauit: quum dominus illū, ne mergeretur, manu sua tenuit: quum deniq; simul ascendunt nauiculam. In quam cum dominus ingressus esset, cessauit ventus, & mare sedatus est. Igitur eorum moribus, qui sunt intra nauiculam Petri, optime compostis, dignabitur dominus in illam ascendere, ad cuius ingressum omnium haec torum, & quorumcunque bellorum cessabit tempestas, omnesque uno spiritu & ore adorantes dominū, acclamabimus: *Vere Dei filius es.* Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesar. Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in uniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes: & rogabant eū ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent: Et quicunque tetigerunt salvi facti sunt. *O bone Iesu dignare in fines nostros descendere. Dignare nos te fide una cum charitate & bonis operibus tangere.* Quicunque enim te sic tetigerit, haud dubium, qui eruantur ab omni, si qua fuerit, & anima & corporis aegritudine. Tu enim virtus es vera, tu salus ipsa & totius bonitatis origo. *Tu verus Dei & virginis filius, Deus & homo Iesus Christus: cui cumpatre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in eternum. Amen.*

## Tractatus primus in XV .cap. beati Matthæi.



Vnc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem: & *qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.* Vos autem dicitis, *Quicunq; dixerit patri vel matri: Munus quodcunque est ex me, tibi proderit.* Hoc est, si offeram templo munus, quodcunque offerre velim, etiā tibi pater, quamuis egeas, proderit sic oblatum. Pacienter ergo sustine famen, quia & si moriaris nihilominus tibi proderit. Hoc auaricia & cupiditate aduersus præceptum Dei de honорandis parentibus, instituerant præi seniores ad omnem hominum expilandam substanciam.

O y tiam

tiā. Et nō honorificabit patrem suum aut matrem suam. Sic facieō scilicet, non adimplēbitur praeceptum de honore parentum: quod non tantum in verbis & humilatione capit, verum etiam in alendis pauperibus parentibus praecipue consistit. Ec irritum feci stis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esa. 29. dicens: Populus h̄ic labijs me honorat, cor autem eorū longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominam. Intellige negleclis praeceptis Dei. Nam quicunq; Dei praecepta fideliter seruat, hominum quoq; praecepta si ad virtutem conducunt, seu ad communem usum rei publicæ conditæ sunt, homines obseruare tenetur. Sic dominus ne scandalizaret, didrachmā soluit, infra cap. 17. Et 23. Super chatedram Moysi, inquit, sederunt scribæ & pharisei omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate & facite. Quod autem dominus hic dicit: Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum, intelligendum est de transgreſientibus mandatum Dei propter hominum traditiones. Nam & beatus apostolus Paulus ad Rom. 13. cap. præcipit obedientiam impendi mandatis principum: & soluere cui tributum, tributum: cui vecligal, vectigal: non solum propter timorem, sed etiam propter conscientiam. Ceterum pecuniarum pœnam, quæ transgreſientibus humana legem imponitur: non tenetur soluere transgressor, nisi cum apud iudicem exquiritur. De statutis autem festorum ecclesiæ & ieuniiorum, & de excommunicationibus, altior est consideratio: quando haec pendent a lege sacræ scripturæ, in qua ieunantes reperimus Christū dñm, & post eius admirabilē ascensionē beatos apostolos & discipulos eius, pro ut latius supra cap. 4. & 6. differuimus. Et in veterilege plura sunt statuta ieunia, solemnitates. Et separationes non paucas legimus, quas excommunications dicimus, in euangelio & apostolorum epistolis, prout suis locis, Deo fauente, in sequentibus annotabimus. Itaque ille sine causa, inaniter, & inutiliter hominum præcepta seruat: qui ob eorum custodiā, negligit præcepta Dei: præcipue vero cum lex humana legi diuinae opponitur, quæ tunc non est custodienda, immo custodiens peccat. Et conuocatis ad te turbis, dixit eis: Audite, & intelligite. Non quod intrat in os, coinquiat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquiat hominem. Non hoc di

<sup>Delectus cibo rū contra Luth.</sup> cit dominus, contra delectum ciborum (cum ipse sanè omnium fuerit abstinentissimus, vt supra præcedenti capit. annotauimus) sicut nobis inique obijciunt Lutherani, nolentes ieunare, nec aliquando abstinere ab eſu carnium: nam ipſe dominus ieunauit. Beati Ioannis baptistæ laudatur asperrima abstinentia: & apostolus ait: Bonum est carnem non manducare, & vinum non bibere, ad Roma. 14. Et archangelus Gabriel de Baptista ait, cum eius nativitatem patri Zacharie annuntiaret: Vnum & siceram non bibet. Et dominus de Ioanne: Venit Ioannes non manducans nec bibens. Quid plura? In lege præcipiebatur sacerdotibus, Leuit. 10. ne vinum biberent, cum intrarent in tabernaculum domini. Dicitque dominus ad Aarom: Vnum & omnne quod inebriare potest, non biberis tu & filii tui, quando intrabis in tabernaculum testimoniū, ne moriamini & cæt. Si quidem & in lege plurimi sunt cibi prohibiti, Deut. 14. qui dicebantur immundi, & edentes coinquinabant: non quia mali, sed quia erant prohibiti. Manifestissime ergo comprobatur quod intrat per os, non coin-

qui

quidam hominem, eo quod manducatur: nisi alia ratione à Deo vel ecclesia sit aliquo tempo reprobatum. Ipsa namque apostoli qui hoc a domino audierunt in primo concilio, Actuum 15. quod in Hierusalem celebrarunt, praeceperunt et gentibus conuersis abstinere a sanguine, quem Deus prohibuerat in lege naturae Noe, Genes. 9. et à suffocato, quod Iudei abominabantur: quod postea revocatum est processu temporis. Ecclesia ergo cum aliquo tempore carnis cibos prohibet, non id Iudeorum more abominatur: sed ut carnis lasciuia ieunantes reprimamus, et duriorem pro peccatis nostris paenitentiam agamus hoc praecepit: nimis sciens quia quod intrat per os non coquinat hominem, et quod omnis creatura, secundum beatum apostolum Paulum, bona est, si cum gratiarum actione sumatur, ad Timo. 4. nisi ob iustam causam id sit prohibitum. Nec me hoc loco continere possum, quin mirer Lutherorum vestram. Praecipit medicus non usum carnibus febricitanti, id est, ab illo et à suis ad ungues seruantur: praecipit ecclesia sancta filii suis certis temporibus à carnibus abstinere, tum ob memoriam passionis Christi ferijs sextis, tum in ieuniorum observationibus ad vitia reprehendenda: et hanc observationem irridet Lutherani buccis vento et gula plenisimis, dicentes: Dominus dixit, Quod intrat per os non coquinat hominem: nec tempus discernentes et causam, neque praecepta ecclesiae obseruantes, nec sensum domini in his verbis percipientes. Itaque si quisquam sumpto veneno se perimeret, dicere Lutherani non peccasse sumendo venenum, quoniam per os intravit. Venenum anima est, cum per ecclesiam cibum prohibitum summis, quia contra obedientiam facis. Omnes enim Christiani ecclesiæ parere tenetur. Obedite præpositis vestris et subiacete eis, inquit beatus apostolus Paulus ad Hebreos. 13. Et dominus ut supra diximus: Super cathedram Moysi, inquit, sederunt scribæ et pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint vobis, seruate et facite. Quanto igitur magis obseruandum est quod præcipitur a sedentibus super cathedram beati Petri, qui Christi sumus vicarius est: et a sedentibus super cathebras apostolorum, episcopis sanctæ matris ecclesiae, et si indigne illorum loco suffici. Quapropter attendamus. Primo, euangelij seriem, quæ dominii verbis intelligentiam præbet. Secundo, ipsam verborum suorum explicationem. Tertio, sanctæ matris ecclesiae per consuetudinem vniuersalem veram interpretationem: Dominus enim haec verba intulit in phariseos et scribas, qui legem domini violabant, nimis seniores statuta custodientes, quibus dicitur: Quod intrat per os manibus non lotis, non coquiat animam. De lotione manuum quæstio cum phariseis agitabatur. Etiam absolute intrans: nisi sit nocuum ut venenum, vel prohibitum ab ecclesia quod manducatur, non coquiat hominem. Ipse vero dominus in sequentibus, apostolis suis explanat quid sibi velit sub his verbis intelligi, dicens: Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et in lecessum emittitur. Hoc demum quod in os intrat in ventrem vadit, et per secessum emittitur. Ceterum si id sit venenum, eo quod occidit, coquiat hominem: si tamen consulto sumitur, quia de corde exiit cogitatio illa mala se occidendi. Si etiam crapuletur et ineblet, itidem peccat, quod dominus Lu. 21. prohibet, dicens: Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula et ebrietate. Cibus et potus in eo quod per os sumitur in ventrem vadit, et in secessum exit: in eo autem quod vel est crapula vel ebrietas, peccatum est: quoniam de corde exiit prava illa cogitatio volentis edere

vñq; ad vomitum, & volentis bibere vñq; ad crapulam & sensus amissionem. Dominus autem de materiali cibo agebat, prout admouetur ori: non autem de prohibito cibo vel venenato, vel crapulā inducente & ebrietatem. Peccat namque qui sic manducat, quoniam sic edendi vel bibendi motus de corde exiit volentis vel se occidere, vel brutesire, vel contra maiorum præcepta aliquid edere. Quod sic semper tenuit ecclesia sancta catholica, & sic semper hæc verba domini spiritu sancto afflata intellexit, & interpretata est summa cum veritate. Sed quod procedit ex ore, hoc coinquiat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantravit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Pater cœlestis non plantauerat has doctrinas hominum, de non subueniendo parentibus, propter oblationem in templo faciendam: nec præceperat totis semper manibus edere. Porro ex his domini verbis ortum habuit illa sententia theologorum dicentium, nō esse curandum de scandalo phariseorum: hoc est, de illis, qui ex malitia scandalizantur, in his quæ recte ab aliquo sunt, sed de scandalo pusillorum, de

**Scandalorum nomina & actiones.** quo in. 18. cap. Qui scandalizauerit unum, inquit, ex his pusillis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris: Væ mundo a scandalis. Pusillus autem scandalizatur, vel cum à malis persequitur, ut ruat in malum, & à fide vel bono decidat: vel cū inducitur exemplo maiorum aliqua peccata committere. Est etiam alia scandali subdistinctio, Nempe scandalum datum, cū quis agit perperā: & acceptū, cū quis bene agit, & alter in fæcio eius male interpretatoruit. Est & actinum & passuum scandalum, quod in idem reddit. Passuum est acceptum, & non datum: quanquam & passuum & acceptum prouenit aliquando ab actino, sed loquimur de accepto & passuo, prout prouenit à malitia scandalizati sine culpa eius, de quo se dicit scandalizari. Actinum est præstitum: cum quis occasionem scandali alteri præbet. De passuo igitur & accepto & phariseorum, quod de scandalizati malitia & culpa propria oritur, quia scandalizatur de proximo nullo ab ipso affectus scandalum, non est curandum. Proptera dominus dicit, Sinite eos, cæci sunt, & duces cætorum. Scandalizantur namq; ex malitia sua: & sic ipsi & illi, qui eorum obtemperant dictis, in foueam cadunt. De scando autem pusillorum, dato & actino canendum est: ne alicui scilicet vel persecutione, vel dicto, vel facto, præbeamus ruinæ causam. Quemadmodum hæretici, qui & verbis & factis plurimos populos euerterunt, facientes eos deficere à castitate, à ieiunio, ab obedientia summi pontificis, ac tandem à catholicæ fide, quam tenet sacra sancta mater ecclesia. Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Quantum ergo est ex natura cibi, si non adsit mors, inebriatio, vel prohibitio, edere non est deformis. Quæ autem procedunt de ore, de corde exiunt, & ea coinquiant hominem. De corde enim exiunt

cunt cogitationes malæ. Nota prauam cogitationem peccatum esse , prout supra cap. 5. latius differuimus. Homicidia , adulteria , fornicationes . *Hic nota fornicationem distinguere ab adulterio , propter hæreticos negantes simplicem fornicationem soluti cum soluta esse mortale peccatum , prout dominus exprimit supra. 5. capit. dicens: Quicunque viderit mulierem ad concupiscendam eam , iam mœchatus est in corde suo. Mulierem dixit , non alienam vxorem: sed absolute omnem mulierem his verbis comprehendit , atq; in præsenti : De corde exerent adulteria . Ecce alienæ vxoris vel etiam alieni viri abusus : & fornicationes . En simplicem fornicationem distinguit ab adulterio prohiberi : furta , falla testimonia , blasphemiae : hæc sunt , quæ coinquant hominem . Non lotis autem manibus manducare , non coinquat hominem . Ecce quemadmodum dominus non tantum de cibo agit , sed de cibo illotis manibus sumpto . Non coinquat hominem , inquit , non lotis manibus manducare . *Hæc autem omnis controuersia habuit ortum à traditionibus seniorum . Præcepit enim dominus Moysi , Num. 11. cap. eligere sibi septuaginta viros senes , dicens . Congregamibi septuaginta viros de senioribus Israel , quos tu nosti quod senes populi sunt , ac magistris : & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis , facies q; ibi stare tecum , ut descendam & loquar tibi , & auferam de spiritu tuo , tradamq; eis , ut sustentent tecum onus populi , & non tu solus graueris . In consuetudinem hæc seniorum electio venit apud Iudeos . Quicum iam in illis desiceret spiritus Dei , hominum consilio ducti , ne eorum munus inutilereputaretur à populo , plurima omni hora statuebant : præsertim ea , quæ ad eorum & sacerdotum utilitatem vergebant . Est enim hominum genus & non itatibus & intentionibus deditum , ea que libenter statuunt , quæ sibi ipsis statuentibus commodum adferant . Hinc iam est vide re , innumera apud principes immutari , aliaq; de nouo condere : & stabilita , iterum reuocare . Protulerant seniores illam damnataam legem de non subueniendo parentibus , vel in qualibet constitutis necessitate : dummodo templo offerretur substâlia , qua pauperculi illierât sublenâdi . Idem legem considerant ne quis illotis manibus manducaret : id quod nunc obijciunt & improperant discipulis domini pharisei & scribæ animo venenato . Enim uero homo , qui cor in aliquem gerit odio affectum , quodammodo vel ipse diabolo peior est . Nā si te numeris signo crucis , & aqua scâlificata si te asperseris , fugit dæmon : at econtrario iniquus homo , quanto quis est sanctior , & quanto plus consignatus cruce & benedicta aqua inspersus , quem prosequitur odio , acrius inuidit . Adeoq; id verum est , vt sanctus propheta non dicat : Eripe me domine à malo diabolo : sed , eripe me domine ab homine malo , à viro iniquo eripe me , Psal. 139 . Beatus Hieronymus , auaritia tribuit , hanc seniorum sanctionem : vt scilicet redderentur templo quæ quis voverat , & si eius pater inde periculum vite subiret . Auaritia namq; idolorum seruitus a beato apostolo Paulo nuncupatur , ad Ephes. 5. & Col. 3. Omnes Sacerdotum via nia enim corruptit , omnia rapit , omnes spoliat : omnia sibi retinet , nemini prodest , nec sibi , nec suis , nec alienis : nemini parcit , nemini restituit . Labijs Deum laudat , (labijs namque solitus est , manibus vero contractus ) cor vero eius longe est à Deo . Atque utinam nostris id non posset unquam vere obijci sacerdotibus . Vellentq; ipsi ita pie vivere , vt nullus laicus quibus moris est sacerdotum vel minutissima infectari vitia , detur obrectandi locus . Cap. iiiij ueant**

ueant igitur sacerdotes ne cor eorum longe sit à Deo , peccatorum sorde contaminatis quos præ cæteris cordis mundities decet. Deienim ministri sunt & mysteriorum eius dispensatores. Cœuant ne avaritiae dediti, & in colligendis redditibus plus æquo intenti, labijs tantum Deum honorent: ne scilicet inanis preces effundat, quorum est munus ab ecclesia ipsis iniunctū, illas omni die pro populo Deo offerre. Expedit verò illis pariter & praletis manus habere solutas in eleemosynis elargiendis. Expedit avaritiam longe abesse: proximè verò scientiam, eleemosynam, pietatem, & charitatem adesse: & Dei laudibus, non venationibus capi, non ludis, nec alterius generis peccatis. Reminiscantur quod dominus dicit per Malachiam. 2. capit. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Angelus officio, necesse habet angelorum puritatis & charitatis sectatorem esse. Idem beatus apostolus Paulus prima. Corint. 11. præcipiens mulieribus velato capite orare, inquit: Ideo debet mulier habere velamen super caput suum: & propter angelos, hoc est propter sacerdotes: in cuius conspectu adstant in ecclesia. Notanter dixit. Cor autem eorum longe est a me, & non ait: ego longe sum à corde eorum. Non enim à nobis se Deus subtrahit, qui semper & ubiq; adest: sed qui peccat, ipse recedit, & longe à Deo fit: haud aliter quā qui nauigo fertur, terram sibi fugere suspicatur, cum eam ipse relinquat, ab eaque discedat. Cæterum aduertendum est, quod dominus ait: eradicandam esse omnem plantationem, omnem consuetudinem, quam non plantauit pater cœlestis: hinc erudiens nos, & cautos reddens, ut si quis tale aliquid in se agnoverit, antequam auellatur per Dei vindictam, ipse conetur auellere. Mitius siquidem agit dominus cum peccatoribus, qui adiuti ipsius gratia peccata à se expellunt: quam cum illis, qui non curantes expellere, Deus illos etiamdum inuitos à peccatis subtrahit. Atque utinam hic subtrahat, ut in æternum parcat. Studeat igitur unusquisque audiens hæc, peccatorum occasiones & impedimenta quibus tenetur obstrictus, verbi Dei gladio resecare, ut solitus per gratiam domini securus dicat moriens domino nostro Iesu Christo: Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATVS SECUNDVS.

In XV. cap. beati Matthæi.

**T**ota hucusque retroacta sacri euangely litera, defectum virtutis discretionis phariseis & scribis improperebat: qui diuine legis oblitis seniorum sanctiones scrupulosè nimis seruabant. Taxat ergo illos ut indiscretos & prauos. Quippe qui Dei præcepta ob alterius mandatum violabant. In hac quoque indiscretionis & imprudentiæ notam omnes fermè impingunt homines, qui rationem vivendi rectam non discernunt à prava: ydemque neglectis diuinis præceptis, nescio quas leges à mundo traditas, atque

atque omni flagitio plena sapientia, quod aiunt, vlnis suscipiunt, sibique retinent: tum in vindicandis iniurijs & damnis resarcendis, tum in vestium ac ciborum luxu, tum in ludis & confabulationibus. Quos Dominus per Hieremiam cap. 6. monet, ac postremo minatur, dicens: State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona: & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt, non ambulabimus. Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt, non audiemus. Cum autem nollent homines virtute discretionis per gratiam Dei à via iniqua discedere, & viam bonam iuxta antiquam sanctorum patrum traditionem ambulare, nec speculatores audire, nec vocem tubæ clamantis. Dominus ipse locutus est, dicens: Ideo, quoniam nec prælatos speculatores, nec tubæ vocem prædicantis auditis: Auditte gentes, & audi terra: Ecce ego inducam mala super populum istum fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Ut quid mibi thus de Saba affertis, & calatum suave olentem de terra longinqua? Holocau-stomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. Propter hoc dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres, & filii simul, vicinus & proximus, & peribunt. Aduertendum denique est, quanto tibi studio sit discernendum, o Christianæ viator, bonum à malo, iniquum à bono: & quanta oportet sollicitudine viam sanctorum præcorum patrum secundum tuæ conditionis sortem peruestigare. Hanc ubi compereris, in ea ambula, nec unquam deflectas: cum ex superioribus à me adductis, ex Hieremia satis colligas ipsa sacrificia, quibus Deo litatur, Deum ab iniquis acceptare nolle. Et quanquam sanctissimi corporis & sanguinis domini sacrificium semper sit acceptum, tum propter excellentiam eius, tum propter sanctam ecclesiam, cuius offertur nomine: tamen offerenti sacerdoti, si in peccato mortali celebret, mortiferum redditur: & quod in plures dies offert, eo totiens sibi mortem & perpetuam damnationem acquirit. Quapropter dominus in ecclesia sua, ne quis posset bonam ignorare viam, & discretionis virtutem gratia adiutus eligere, & prauasimiliter deuitare, dupliciter illam depingi voluit, doctis pariter & indoctis. Doctis sacra scriptura, pictura est indelebilis, exarata digito Dei, & eius ore propalata: ne quis quam possit viam rectam, & semitam non agnoscere. Id testatur beatus apostolus Paulus ad Rom. 15. dicens: Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per pacientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus. Indoctis autem despigit vitas sanctorum: quos imitantes, unusquisque sue conditionis & sue fortis sanctos, per viam bonam & securam incedat. Habent summi pontifices plurimos eiusdem primatus papas sanctissimos: habent & episcopi copiosam sanctorum præsulum multitudinem. Reges, principes, & omnis conditionis homo eiusdem fortis habent sanctos: quorum vestigia inherentes, & ab scribarum & phariseorum stultitia recessentes, & precepta domini in uiolabili obseruantia custodientes, tandem in optatam felicitatem pervenire possunt. Collige ex predictis, quanto diuini splendoris lumine suffusa sacro sancta mater ecclesia, similitudines sanctorum in templis præcipit obseruari, & venerari. Cum enim in doctis sanctorum vita scripturæ locum obtineat: ibi cernunt virgines, quemadmodum castita

castitatis amore ingentia subire tormenta sanctissimæ iuenculae, Catharina, Agnes, Lucia, Agatha, & id genus plurimæ. Perspicit agricola, quæ luculenta sacræ fidei redditur sanctorum martyrio testificatio. Denique legunt fœminæ & omnis populus, quæ agere, quæne pati propter Christum Christianum decet, & à quibus sit abstinentium, quam ne pœnitentiam pro peccatis agere, necessarium sit. Deus qui præcepit non fieri scupitile, Exodi 25. præcepit fieri arcam, duosque Cherubin propiciatorum obumbrantes. Et Salomon 3. Regum 6. per totum templum fecit Cherubin depingi, & in templi portis fieri mensam, ponere propositionis in illa panes. Idem præcepit Moysi, serpentem æneum facere, in quem aspiciens populus à morsu ignitorum serpentium sanaretur, Nu. 21. Quem & si postea confregit Ezechias, quoniam populus idolatrabit, 4. Regum 18. iure fecit: nam solus adorandius Deus. Imagines verò sanctorum veneramur: obsequia quæ coram illis impendimus, Deo primum, deinde servis suis offerimus: ut per intercessionem eorum & merita, quorū sunt imagines memoriales similitudines, à peccatis liberi, & vitam consequi mereamur eternam. Non idola colit Christianus populus, cum indocti venerandas colunt imagines, secundum quod est à sancta ecclesia constitutum. Quin plura experimur omni die à Deo miracula fieri, per intercessionem sanctorum, quorum sunt imagines: in quarum conspectum huiusmodi recipiunt beneficia deo dei Christiani. Quod est irrefragabile huius laudabilis consuetudinis testimonium. Sculptilia verò eo prohibita sunt, quoniam in inferno ardentiū sunt effigies, vel creaturarum irrationalium, vel insensibilium simulacra, quæ suis cultoribus nihil praestare possunt, præter quæm quod infideles sint, & perpetuam damnationem sibi conciscant. Sanctas igitur similitudines, crucifixi, crucis, Deiparæ, & cæterorum sanctorum, sancta retinet & veneratur ecclesia, tanquam si libros apertos ostenderet indoctis passionis domini, & sanctitatis Deiparæ, cæterorumq; sanctorum: ut adorantes & venerantes, secundum consuetudinem sanctæ matris ecclesiæ, & eius intentionem, & sanctorum doctorum explicationem, auxilium consequantur à sanctis, quorum sunt similitudines: quod omni die experiuntur deo dei imaginum veneratores. Qui autem non habet vel sacræ scripturæ notitiam, vel sanctorum similitudinum libros in ecclesia constitutos, discretione virtute carens & obsecratus, in pharisæorum & scribarum insaniam facile decidet: qui mandata Dei post tergum reycentes, hominum mandata preoculis statuebant, & illa potius obseruabant. Ex nimianamq; in peccatis perseverantia, hæc obstinata obsecratio prouenit, & indurata malitia. Sic enim beatus Athanasius in cap. 5. epistole beati Pauli apostoli ad Ephe. ait: Hoc autem scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Propter nefariam fornicationem igne deuoratae sunt Sodomæ & Gomorra, Genes. 19. Propter idolatriam viginti tria millia occisi, Exo. 32. Hæc diffidentia est, diffidere de iustitia, & punitione, cum leue videtur homini id, quod praeceps consuevit facere, & paruum reputat, quod sæpe committit impunè: & videtur sibi nunquam à Deo puniri: reputans paruum esse quod facit, quoniam in puncto se flagellari posse non sentit. Ita scribæ & pharisæi perpetuò cum cæteris in

ris infidelibus punitis sunt. Et tandem post Christinæcem venit super illud simul punitio, quæ fuit per aliquot annorum spacia dilatata. Sic qui consuetudinem armorum habent, arma illis levia sunt. David autem cum armis Saul muniretur contra Goliam, quia non erat armis assuefactus, illa à se proiecit: funda vero & lapide tantum munitus, in nomine domini vicitur enasit. Remedium utique singulare est, si conuersi ad dominum ipsam maceremur, quibus peccatum. Quemadmodum & Sampson, qui cum mandibula asini, mille Philistæos occidit, Iud. 15. Corpore peccasti, cum mandibula asini, corpore scilicet ieunis vaca, tēque verberibus afflige, ut peccata per Philistæos signata deuincas. Ore loquendo peccasti, nunc tace, & ora. Alienæ surripuisti, dic cum Zacheo: Dimidiū bonorum meorum, domine, do pauperibus: & si quem fraudauī, reddo quadruplum, Lu. 19. Hoc fac, ne crimina alioqui grauissima, ex consuetudine levia reputans, & Deo diffidens ob dilationem punitionis, incidas in iram Dei. Ex dente autem molari cadaveris asini fluxere aquæ largissimæ, quibus resocillatus est Sampson: ad prænotandum, quicunque veram pœnitentiam egerint, nimiam consolationem in operibus ipsis penalibus suscepturos esse, & indies refocillari gratia domini nostri Iesu Christi: cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATUS TERTIUS.

In XV. cap. beati Matthæi.

**S**acra huius quinti decimi capituli lectio, palam ostendit, quid odium, & inuidia operentur in homine. Cum enim nihil magnum haberent scribæ & pharisei, quod obijcerent Christi discipulis, de minimis eos accusant, dicentes: Quare discipuli tui transgredientur mandata seniorum? Non enim lauant manus cum panem manducant. Hinc inde subinquirit inuidus, quid opponat illi quem odit, & cui inuidet. Christi discipuli pi, mansuetissimi, & benigni. Ecce quid carpit in sanctis cæca malicia: Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Et hanc non in discipulos, sed in ipsum dominum reflectunt distortam inuidiam: Quare, inquit, discipuli tui, quorum interest disciplinam tuam sequi, illotis manibus panem manducant? Non enim dubium, quin hoc à te didicerint. Tibi igitur imputatur seniorum violata traditio, ut qui assentias, traditiones seniorum illos violare. Hinc oportet non parum vigilare principes, ne ab inuidis & malevolis decipientur: cum enim illis de aliquo prava deseruntur, ne prius dictis seu calumniæ potius assentiantur, quam bis libram & ter limam rei delatæ adhibeant. Mos enim corruptorum hominum est, cum magna non habent, quæ opponant ipsis quibus inuident, minima consecrari, prout manifestum datur exemplum in ipsis inuidis phariseis & scribis. Sollicita mundicura hanc calumniæ diartem inuenit, ut quos non possunt coram regibus & principibus aperte & in magnis lœdere: oculis aliquando, nonnunquam vero taciturnitate, seu depresso vultu, vel ore in aliquâ parte distorto detrahant quibus inuidet, vel quos oderint, cùq; sibi vel etiâ suis volat donari,

donari, quod alteri iuste donandum est, procrastinationes, & friuolas causas subinde querunt, quas obiciunt principibus, quibus ille commotus in distributuam peccet iustitiam, & proximum debito priuet munere: & ipsi nequissimi calumniatores iniuste rapiant alterius præmium. Puniendo utique tales sunt, & legitimis pœnis coercendi. Sunt enim magnare prehensione digni, prout in sequentibus indicat. Retundens namque in dolosos scribas, & phariseos falsam obiectionem in discipulos innocentes calumniam, inquit: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Preceperebat namque Deus, Deut. 4. & 12. cap. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino: nec addas quicquam, nec minuas. Ipsi vero seniores traditionem pessimam in populum induxerunt, contra præceptum de veneratione parentum, in suam & sacerdotum utilitatem conuersam: qua cauebatur, qui unum solum panem haberet, patriteneretur alimenta præstare, si vero illum voulisset, in templo offerret: & quanquam patri seni ex defeitu illius panis crudelem mortem inferret, vel illum in extremo vitæ articulo constitueret, nullum esse crimen. Cæci & cæcorum dices merito à domino pronunciantur, qui à iusto & vero adeò aberrabant. Vnusquisque igitur ex hac domini sententia sibi caueat, sedulog. proficiat, quem sibi eligit in confessorem, cui animæ suæ arcana committit, ne de illo dicatur: Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt. Proficiant etiam principes summa cura, quos sibi in consiliarios feligunt: quibusne indicandi rem publicam habena tradunt: ne si cæcus cæco ducatum præstet, in foveam uterque decidat. Quatuor in confessario requirenda sunt, doctrina sufficiens, vitæ integritas, experientia ne sit nouellus, & ingenij perspicuitas, ne sit rudis, & pœnitenti molestus, partes. & nesciat quæ se offerunt expedire negotia. In consiliariis vero principum, quatuor etiam præcipue requiruntur. Primum, ne sint nimium suis commodis dediti. Nam tales omnia ad se conuertunt: nihilque illis est curæ publicum bonum, dummodo omnia eorum cedant utilitati. Quod sane hominum genus splendoris regi & munificentiae nequissimi sunt corruptores, & reipublicæ seuissimi prædatores. Secundo, ne mutuas inimicitias & factiones gerant, vt saepe fit in regum aulis. Vbi cuinsdam factionis nobiles, aliis factionis nobilibus ex compagno aduersantur: adeoque inter eos odium viget, vt nihil prorsus rectum, nihil omnino sanum, si quando res agatur aduersiorum, regi suo consulant. Tertio, ne sint natura inuidi: oībus enim detrahunt, veriora consilia vitiant, friuolis ratiunculis auertentes à vere principes, de quo fonte non minimas saepe regna experiuntur calamitates. Quartò, ne sint ambitiosi, nam qui sibi minimū querit honores, omnibusque præferricupit, ne alter ascendat, mille calumnias parat. Magnis etiam rebus, & salutis nostræ utilibus dominus nos occupari docet: cum de minimis non curandum in phariseis mira ratione disponit, & quemadmodum recte seruandis diuinis præceptis, nobis sit incumbendum. Dicit autem Aristoteles, quod intellectui contingit plura scire, hoc est habitualiter: intelligere vero non, hoc est actu iliter. Nam cum intellectus actualiter occupatur in uno, non potest simul eodemque momento in altero occupari. Qua propter sit, qui in minimis occupat intellectum, hunc talem non posse cogitare maiora. Ceterum cum occupemur in tot minutissimis rebus, non valemus præcipuis vacare & maioribus rebus. Fit inde salutis animæ profligatio & omnimoda vitæ spiritualis obliuio: perinde ac si huius sæculi perpetui cines futuri essemus,

&amp; ad

ad futuram vitam nunquam hinc migraturi. Cumq; quasi per somnium, animæ rem agamus, imo huius breuissimæ vite negotio pro viribus incumbamus, similes efficiuntur istis misserrimis phariseis: qui de traditione seniorum valde solliciti, diuinis præceptis nihil attendunt. Quinimmo Dei præceptum, de obseruatione parentum transgrediebantur, ne seniorum traditio negligeretur. Itaq; repellunt præcepta Dei, & suorum senum mandatis, utilibus tamen sibi, omnimodam reddunt obseruantiam. Veruntamen satis obiurgati à Christo recedunt, neq; quid dicant occurrit. Qui enim contralegem diuinam agit, nullase potest ratione tueri. Cæterum quisquis desiderat præcepta Dei adimplere, habere præ oculis semper necessarium est primum Dei præceptum: omnia siquidem quasi ex filo ab illo pendent, & tanquam à fonte deriuātur. Vnde dominus dicit: In his duobus mandatis, Dei scilicet dilectione & proximi, unius salēx pēdet & prophetæ. Qui enim Deum super omnia diligit, super amorem uxoris, filiorum, cognitorum, diuitiarum, mundi, vite, salutis: & super se ipsum, & super omnia quæcunq; sub cælo, & super cælum considerari possunt, omnia sibi facilia videbuntur reliqua præcepta. Amor enim meus, inquit beatus Augustinus, pondus meum, illo feror quoq; feror: fit sic Dei amor, animæ pondus, & illo ipsa fertur, quoq; fertur. Pondus enim amoris dulce est ingum, & onus leue: amor namq; reddit amantem velocem & expeditum. Sic dominus diligens nos, exultauit ut gigas ad currēndam viam. Et proximus passioni dicit: Ut agnoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus hinc, in ortum scilicet, ubi fuerat passio inchoanda, Ioan. cap. 14. Si ergo dilexerimus Deum super omnia, etiam si oportuerit acerbissima necesse vitam finire, non formidabimus, quemadmodum sancti apostoli, & martyres fecerunt, gratia Christi adiuti. Cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in eternum. Amen.

### TRACTATVS QVARTVS In XV. cap. beati Matth.

**E**Tegressus inde Iesus, scilicet à finibus Genesar, prout patet ad finem proximi præcedentis capituli. Secessit in partes Tyri & Sidonis: Haud longe à monte Libano secus mare, Tyrus & Sidon urbes sitæ sunt. Hinc Hiram mittebat ligna in edificationem templi Salomonis, hæq; ciuitates à Chananæis habitabantur, quos cum alijs ex gentilibus constat habuisse terram promissionis, ne omnino extinguerentur. Lege 3 Regorum lib. cap. 9. Pariter, ut dominus Iudeos duræ ceruicis his flagellis cæderet: quemadmodum pater, qui coram oculis proterui filij flagellum suspendit. Sic legimus lib. Iud. cap. 2. & 3. Dimisit ergo dominus omnes nationes has, & cito subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue. Hæ sunt gentes, quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israëlem. Ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens ei. Non enim cum esset ex gentibus, ausa est prope accedere: ideo semota vocem leuauit, vt posset exaudiri, dicens: Misere mei domine fili David: filia mea male à demonio vexatur. Dicēs dñe, Deū fatetur, ait Beda. Dicens filii David, verū Messiā illū agnoscit. Qui nō respondit ei verbū. At verò illa persenerabat vociferās, prout infertur ex sequētib<sup>o</sup>.

Ec

De oratione. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia  
 bus sanctorū clamat post nos. Refutatur à sanctis apostolis insania Lutheranorum negantium, san-  
 tōs nostros esse intercessores: ideoq; nullas ad illos preces esse fundendas, cum hic apostoli  
 pro Chananea intercedant. Idem contigit, ut beatus Ioannes refert cap. 12: quibusdam ex  
 gentibus, qui ascenderant adorare in Hierusalem. Dixerunt namq; Philippo: Domine vo-  
 lumus Iesum videre. Venit Philippus & dicit Andreæ, Andreas rursum & Philippus di-  
 xerunt Iesu. Orandi igitur sunt sancti: tum, ut dominum Iesum videre mereamur: tum eti-  
 am pro expellendis tribulationibus. Quod beati apostoli nos edocent, dum pro Chananea  
 dominum exorant. Quin etiam & pro nobis mutuas offerre preces beatus Iacobus admo-  
 net cap. 5. dicens: Infirmitur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesie, & orent super eū.  
 Et paulo post: Et oratio fidei saluabit infirmum. Et, orate pro inuicē, vt saluemini. Si enim  
 oratio presbyteri habet ius impetrandi apud Deum, quanto magis oratio sancti Deum sem-  
 per intuentis. Similes fuderunt preces beati apostoli pro socrū Simonis febricitante, vt re-  
 fert beatus Luc. cap. 4. & ad preces apostolorum sanata est. Surgens, inquit, Iesus de syna-  
 goga, introiuit in domum Simonis. (Et ne alium forte Simonem à Petro existimes, bea-  
 tus Matthæus supracap. 8. dicit, in domum Petri.) Socrus autem Simonis tenebatur ma-  
 gnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit  
 illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Quantum porrò sanctorum præstet oratio, do-  
 minus ipse indicat, dicens apostolis de illo puerō demoniaco, quem pater attulit ei, à quo de-  
 monium discipulinon potuerunt ejcere: Hoc genus non ejcitur, nisi per orationem & ie-  
 iunium, Matth. 17. Et sanctorum preces, & ieiunium dominus breui sententia compro-  
 bat, vnaq; retundit voce Lutheranorum dementiam, quibus ieiunium & oratio minime  
 placent. Beatissima semper virgo Maria, tanquam omnium nostrum aduocata, in initio  
 prædicationis domini, vt refert beatus Ioannes 2 cap. in nuptijs deficiente vino, à domino  
 postulanuit remedium, dicens: Vinum non habent. Et ministris dixit (sciens inexhaustum  
 misericordiae fontem humanis necessitatibus nunquam deesse.) Quodcumque dixerit vo-  
 bus facite: Ad preces Deiparæ fit aqua vinum ad nuptias, vt sèculo innotescat pia eius in-  
 teruentione, plurima spiritualia bona, & temporalia donari fidelibus. Nonne legimus su-  
 pra cap. 5. dixisse dominū: Orate pro calumniatibus & persequentibus vos. Quod vtique  
 non dixisset, nisi oratio mutua profecisset. Si ergo vnius oratio proficit alteri, quanto ma-  
 gis oratio illa proderit, quae per sanctos offertur? Hos ergo adire precibus decet, vt domino  
 dicant, quod illum videre volumus in eorum societatem adducti, prout retulerunt Iesu An-  
 dreas & Philippus: vt q; ipsi nobis in tribulationibus, diuinam clementiam propitiam redi-  
 dant. Quemadmodum, & pro Chananea dominum sunt deprecati, dicentes: Dimitte eam,  
 quia clamat post nos. Beatus apostolus Paulus in omnibus fermè epistolis fidelium oratio-  
 nibus se commendat. Et ipse pro eis preces effundere scribit, dicens ad Rom. primo: Tes-  
 tis enim mihi est Deus, cui seruo, in spiritu meo, in euangelio filij eius, quod sine intermis-  
 sione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Et 2. ad Tim. cap. primo. Gratias  
 ago Deo meo, cui seruo à progenitoribus meis in conscientia pura, quod sine intermissione  
 habeam tui memoriam in orationibus meis. Et ad Colos. cap. quarto: Orationi insta-  
 te, inquit, vigilantes in ea, in gratiarum actione: orantes simul & pro nobis, vt Deus

aperiat

operat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Et pri. Timot. 2. Obsecro  
 primum omniū fieri orationes pro omnibus hominibus, & pro regibus, & pro omnibus qui in  
 sublimitate constitutis sunt, ut quietam & tranquillam vitā agamus. Si tantū beatus apo-  
 stolus Paulus tribuit orationibus peregrinorū, quanto amplius tribuendū fuerit orationi-  
 bus beatorū. Igitur interpellandi sunt sancti, ut ipsi impetrarent nobis à Deo pacem, tranquil-  
 litatē, salutē, animae & corpori necessaria. Cū etiam videamus Dei genitricē Mariam pro  
 defectu vini in nuptijs dominum deprecasse, & sua sacratissima interuentione obtinuisse.  
 Legimus actorum cap. 12. cum beatus Petrus detineretur in carcere, ecclesia preces pro il-  
 lius liberatione egisse: Et Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine in-  
 termissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Sine intermissione oratio funditur pro beati Petri  
 liberatione, & per angelum Deo precibus ecclesiæ annuente eripitur. Ecclesia militans ora-  
 tionibus impetrat, multo potius impetrabit triumphans. Qua propter nos omnes sacra scri-  
 ptura docet, nimium prodesse fidelibus beatorum orationes. Atqui cum amici Iob suspicia-  
 rentur aliquo peccato & eo grauiſſimo, tantam calamitatem ei contigisse: Eliphaz, cap. 5.  
 illi conſulebat aliquem sanctorum implorare, dicens: Voca ergo si est, qui respondeat tibi: &  
 ad aliquem sanctorum conuertere. Non potest clarioribus exprimi verbis, quantum prof-  
 cit sanctorum pro nobis profusa oratio. Et 2. Machabæorum ultimo legitur, quum Iudas  
 Machabæus valde timeret Nicanorem, in somnio revelationem vidisse, ob quam concepta  
 fiducia, prostravit Nicanorem et occidit. Ibi enim traditur, vidisse Oniam, qui fuerat  
 summus sacerdos: & post eum aparuisse alium virum, ætate & gloria admirabilem.  
 Oniam verò dixisse: Hic est fratum amator, & populi Israël: hic est qui multum  
 orat pro populo, & uniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta Dei. Orant igitur sancti  
 pro nobis, adq. illos nos preces fundimus: ut quemadmodum interpellauerūt dominum pro  
 Chananea, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos: similiter & pro nobis intercessores  
 existant: ut sanctis eorum precibus & meritis regna cœlestia consequamur, & ab omnibus  
 aduersitatibus eruamur. Dixit namq. archangelus beatus Raphael ad Tobiam, prout ha-  
 betur Tobiæ cap. 12. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli ora-  
 tionem tuam domino. Unicoq. verbo euertit angelus, prauam Lutheranorū opinionem, di-  
 cens: Ego obtuli orationem tuam domino. Igitur sanctos & angelos, haud dubio deprecari  
 oportet, ut orationes nostras: & quascunq. necessitates Deo referentes, eius nobis impetrēt  
 misericordiam. Quod beatus Iohannes in Apocalypsi sua, cap. 5. innuit, se vidisse inquiens,  
 orationes offerri in conspectu Dei: Et cum, inquit, aperuisset librum, quatuor animalia,  
 & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singulicitharas, & phialas au-  
 reas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Nam satis ostensum est, ora-  
 tiones sanctorum, valde nobis proficere, pluraq. bona adferre, & multa mala auertere. Con-  
 stat & ipsos sanctos in cœlo orationes fundere, quibus ecclesia & fideles nimiū iunati sunt.  
 Constat in terra etiam plura eorum intercessionibus, dum viuerent, condonata. Si igitur,  
 cum peregrini essent, tot ex eorum postulationibus hominibus donabantur, cur non beatis  
 potius, qui iam Deo inseparabiliter coniuncti sunt, nobis utilia impetrabunt? Postulata nāq.  
 amicitia impetrari, testis est dñs Deus, qui amicis Iob dixit, prout legitur Iob cap. ultimo.  
 Iob autem seruus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur

Stulticia. Nimia dementia hæreticorum est: posse amicum ab absente amico, aliquid litteris impetrare, quod non posset in amicitia confirmatus, & præsente amico obtinere. Sancti igitur, dum in viuis agerent, plurima nobis bona suis precibus obtinuerunt, prout attestatur omnis scriptura, & illis ipsa quam paulo ante retulimus sententia domini, de oratione Iob: multo igitur fortius impetrabunt, iam in Dei amicitia confirmati, & ipsius beatissima fru-  
tione gaudentes: prout testis est scriptura, & omni tempore experiuntur Christiani, quise adiuuatos eorum orationibus profitentur. Non enim servi iam sunt dicendi, sed amici: qui  
bus seipsum Deus facie ad faciem dignatur ostendere, quiq[ue] perpetua & beatifica fru-  
tione & visione, Deo associantur, gratia domini nostri Iesu Christi, & plurimis eorum operibus  
in gratia factis, cum in saeculo viuerent: Cui cum patre & Spiritu sancto est honor, gloria,  
& imperium in æternum. Amen.

## TRACTATVS QVINTVS.

In XV. cap. beati Matthæi.

**Q**uod apostoli pro Chanæa dominum interpellant, prælatorum & sacerdotum munus designant. Quorum interest pro populo domino, puras semper preces of-  
ferre: ut potè de quibus dicitur, Ose. cap. 4. Peccata populi mei comedent. Quorum etiā vi-  
tanima puritate fulgere oportet, quū pro populo & eorum peccatis tenentur, & sacrificium  
Deo semper offerre, & orationes precesq[ue] effundere. Sacrificium inquā, non vitulorū, &  
taurorum: quēadmodum olim in lege offerebatur, sed corpus & sanguinem verū Iesu Chri-  
stifili Dei. Dominus autem respondens apostolis ait: Non sum missus nisi ad oues quæ  
perierunt domus Israel. Ad horum verborū intelligentiā, notādū est propter quatuor:  
præcipue venisse Christum, secundū quod sacra scriptura refert. Primum, ad redimendum  
à peccatis humanum genus, & vt à damnatione perpetua liberaretur. Hoc fecit pro omni-  
bus se offerens Deo patri in ara crucis. Quod etiam dixit Ioan. 10. Potestatem habeo ponē-  
di animam meā, & potestatem habeo sumendi eam: hoc mandatum accepi à patre meo. Et  
cap. 14. Sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio. Quod autē pro nobis mortus sit, quodq[ue]  
pro redemptione nostra, pater illi hoc mandatū dederit, ipsum manifestat Ioa. 10. cap. dicens:  
Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suā dat pro ouibus suis. Et iterū: Sicut nonit  
me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Quod & beatus  
apost. Paulus plurimū repetit ad Rom. 5. Christus, cum adhuc infirmi essemus, pro impijs  
mortus est. Et paulo infra, cum adhuc, inquit, peccatores essemus, Christus pro nobis mor-  
tuus est. Et pri. Corint. 15. Christus mortus est pro peccatis nostris. Et pri. Petri 3. Chri-  
stus semel pro peccatis nostris mortus est. Nec in hoc immorandum: Omnis enim scriptura  
hoc attestatur. Secundò venit ad serendum legem: Ite, inquit, docete omnes g̃etes. Et Mar-  
ci vltimo. Prædicate euangelium omni creaturæ: lex igitur euangelica, & redēptio omni-  
bus per Christū fuit exhibita. Tertio venit ad docendū: Ego in hoc, inquit, natus sum, & ad  
hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Quartò venit ad miracula fa-  
ciendum. Et hæc apud Iudeos operatus est, eorum prædictator effectus, & mirabilium  
operator. Vnde & apostolus Paulus ad Rom. cap. 15. inquit. Dico enim Christum Iesum  
ministrum fuisse circuncisionis (hoce est, Iudeorum, doctorem & prædicatorem, & miracu-  
lorum

lorum operatorem) propter veritatem Dei, ad confirmando promissiones patrum. Propterea dñs dicit, nō esse missū ad miracula operādū, & docēdū: nisi ouibus quæ perierunt dominus Israel. At Chananea cū se videret ab ouibus separari, perseverantia & pacientia se ipsā muniens, & confisafide venit corā dño & eū adorauit, dicens: Domine adiuua me. Nō dicit nunc, fili David: ne audiret iterum: Non sum missus, nisi ad oues domus Israēl. Sed ait: Domine adiuua me. Potes tibi, dummodo velis, quia dominus uniuersorū tu es. Et quā uis secundū hominē ouibus Israēl missus, Deus tamen re vera es, & onia tua sunt. Iudæi & gentes tuis sunt, tu omnium plasmator es. Qui respondens, ait: Nō est bonū sumere panem filiorum, & mittere canibus. Id est, miraculum quod à me postulas, ad panem pertinet Iudeis missum, tu cum gentilis sis, miraculorum cibo non es pascenda. At illa dixit, etiam domine: nam & catelli edunt de misis, quæ cadūt de mensa domino rūsuorū. Id quod postulo, mica minutissima est. Quid mirabilia operaris inter Iudeos, etiam credentib[us] tibi ex gentibus micam tenuissimam porrige. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Hanc mulieris perseverantiam, humilitatem & pacientiam, cum toties esset repulsa, arbitror significasse ecclesiā, quæ erat ex gentibus congregāda. Sic & de Ceturione dixit dominus: Amen dico vobis, quia nō inueni tantā fidem in Israel. Et de ista Chananea dicit: O mulier magna est fides tua. Sed etiā illud aduertendū est, centurionē dixisse: Nō suā dignus, ut intres sub teclū meū: sed tantū dic verbo. Ista non rogauit Christū ut in domū suā descēderet, & sanaret filiā eius: quin etiā neq[ue] filiā adduxit ad Iesū, prout Iudæi attulerūt paralyticū, & plurimos alios agytantes. Et Iairus archisynagogus rogabat ut imponeret manusū super filiā eius. Et Ioan. 4. Quidā regulus rogabat, ut descēderet & sanaret filiū eius. In utroq[ue] videtur claudicare fides: cum præsentia dñi corporalē expetūt: nō credentes eum esse filium Dei: ac posse ubiq[ue], cum sit Deus, salutē præstare. Vnde & regulo dicitur: Nisi signa & prodigia videritis, non credetis. Ista autem Chananea & centurio illū Deū esse credebāt. Illa namq[ue] præsenīā dñi corporalē minime postulat: credens ubiq[ue] sit, posse diabolo imperare. Ceturio vero nō vult ut dñs ītret in domū suā, se indignū reputans: atq[ue] illū fatetur, ubiq[ue] sit loci, imperare posse: Sed tantū dic verbo, ait ille Christo, & sanabitur puer meus. Quin & utriusq[ue] fidem dominus collaudat: de illo dicit: Nō inueni tantā fidē in Israel. Huic vero, O mulier. O admirantis est. Sic quoq[ue] de centurione: & miratus Iesus sequentibus se dixit: Non inueni tantam fidem in Israel. Admiratur Christus secundū hominis portionē inferiorē, gentiū populos fidem suscepturos per apostolos & discipulos eius: quā prauī Iudæi ab eius ore auditam, & tot miraculis confirmatā respuebat. Iam iā id dñs cernebat impletum, quod David ps. 2. prædixerat: Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gētes hæreditatem tuā, & posessionē tuā terminos terræ, ps. 17. Populus quē nō cognoui seruuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Quapropter admiratur dñs præfiguratā in hac muliere gentiū fidem, dicens: O mulier magna est fides tua. Porrō exemplū & in hac Chananea peccatoribus datur, clamandi ad dñm: & si nō exaudiatur, sacerdos inuocandi: & cū omni humilitate & perseverantia peccatorū veniā, & ab aia demonis expulsionē virtute salutaris absolutionis, quæ in sacramēto cōfessionis datur expiādi. Ad verā enim pénitentiā post purā cōfessionē peccatorū factā, & absolutionē recep-

Casus Salo-  
monis.

tā, & p̄nitentiā a confessario iniunctā adimpletam, ad quam peccator tenetur, postquam illā acceptauit, assuefactus peccatis, nō tantū proficiet se illis opponēdo, quātū proficiet deuīando & auertēdo se ab omni occasione peccādi. Nā torrēs si rapido fluit decursu, nō tā lapidibus, lignis, cespitibus reprimitur illi oppositis, quā si à lateribus fodēs aquā in diuerticula abire facias. Itaq; nō resistēdo exaduerso, peccatis scilicet: sed diuertēdo ī petus prauæ cōsuetudinis viētor euades: Sienī gulā vincere cupis, in cōspectu ciborū nō vices, sed vincēris potius. Si intra fēminarū cōsortiū incontinentiā reprimere vis, obrueris. Si in cōspectu pecuniae, anaritiā extirpare, nihil proficies. Igitur diuerticulū para, & tolle ône quod tibi olim occasio suit ruinæ: & ita diuina adiuuante gratia sanabitur aū tua, iā diu cū filia Chanaanæ diabolica seruitute oppressa. Sapietissimus Salomō in horrendū nobis proponatur exemplū. Dicit enim scriptura. 3. Reg. 11. Rex aut̄ Salomō adamauit mulieres alienigenas multas, filiā quoq; Pharaonis et cæt. de quib; dixit dñs. Exo. 34. Deu. 22. Nō ingrediemini ideas. Certissime enī auertēt corda vestra, vt sequamii deos earū. His itaq; copulat⁹ est Salomō at dētissimo amore. Sed audi quod inde subsecutū est obstupendū factū: Cumq; iā esset senex, deprauatū est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos. Vide in quē idolatriæ barathrū deiectus est sapietissimus vir, ob prauā consuetudinē cū ifidelibus mulierculis. Nec erat, inquit, cor eius perfectū cū dño Deo suo, sicut cor David patris eius: sed colebat Salomō Astarthē deā Sidoniorum, & Chamos Deū Moabitarū, & Moloch idolum Ammonitarū. Et Paulo post, inquit: Tunc ædificauit Salomō fanū Chamos, idolo Moab, in monte quiete contra Hierusalē, & Moloch idolo filiorum Ammō. Atq; in hunc modum fecit vniuersis uxoris suis alienigenis, quæ adolebāt thura, & immolabāt dijs alienis. Iratusq; dñs Salomon, quōd auersa esset mens eius à dño Deo Israel, qui apparuerat ei secūdo, & præcepērat de verbo hoc ne sequeretur Deos alienos: & nō custodiuit, quæ mādauit ei dñs. Dixit itaque dominus Salomon: Quia habuisti hoc apud te, & nō custodisti pacū meū, & præcepta mea quæ mādauit tibi, dirumpes scindā regnū tuum, et dabo illud seruo tuo: verū tamē in diebus tuis nō faciam propter David patrē tuū. De manu filij tui scindā illud, nec totū regnū auferā, sed tribum vna dabo filio tuo, propter David seruū meū, & Hierusalē quā elegi. Duo valde mirāda in hoc Salomonis casu occurrūt, quemadmodū cōmixtio mulierū infide lium vel hæreticorū etiā viris sapientissimis maximā ruinam minātur: quū ille qui tēplum dño ædificauit vnum, tot fana diabolus postremo erexerit. In quod enīchaos nō decidet, quā cōsuetudini peccatorum minime obuiat? Secūdo, nimis admirāda est benignitas Dei infideles seruos: cū propter David non aufer regnū a Salomone, iā eius gracia destituto. Non solū igitur seruos suos dñs ppter eorū opera p̄missio afficit, quin etiā erga filios nequā benignus est propter fideles patres. Quod aut̄ dicit propter Hierusalē quā elegi, aduentū Christi de notat, cuius p̄cipua p̄dicatio, passio, resurrectio, ascensio & sp̄ū sc̄lī aduentus celebratas sunt in Hierusalem: cui cum patre & sp̄ū sc̄lō est honor, gloria, & imperiū, in æternū. Amē.

## TRACTATUS SEXTVS.

In XV. cap. beati Matth.

**C**aeterū cōsiderandū est, quēadmodū egresso dño à Genezareth, & secedens in fines Tyri & Sidonis, hæc muliercula crevit: & tanta humilitate & perseverantia filie la

lute obtinuit. Quādo vacui rediere scribæ & pharisæi, inanē obijcietes calūniā discipulis domini: quod cōmunitib⁹ & illotis manib⁹ māducarent. O abyssus imensa iudiciorū Dei. Legi spiriti & religiosi viri ab Hierosolymis Genezareth se cōferunt, discipulos dñi vana columnia incusantes. Qui sanè vacui et inanes redeūt: muliercula verò Chananaea fide & virtutibus plena, salutē filiae optatā ipetrat. Illi j̄ à dño audiunt: Quare vos transgredimini mandatū Dei propter traditionē vestrā? Illi verò dicitur: O mulier magna est fides tua: Fiat tibi sicut vis. Illi increpātur, Chananaea laudatur: illi reiiciuntur, Chananaea suscipitur: & in corde illorū cacodæmō permanet, a corpore verò filiae huius Chananeæ dæmon expellitur. Constat igitur scientiā nihil proficere, nisi ad sit probitas: prout ostendit beatus apost. Pan. pri. Corint. 8. Scientia, inquit, inflat, charitas ædificat. Inde illud est, qđ refert beatus Gregorius Nazianzenus dixisse beatū Basiliū: Cū enī primū Athenas venit, & florentē cerneret academiā, quæreti eodē Nazianzeno, quod nā de tāta felicitate proferret in diciū, inquit: Vana felicitas. Vana nāq; felicitas est, scribarū et pharisæorū more cū scias legē, eā neglige. Qđ autē dñs primæ postulationi mulieris nihil respondit: vel eo qđ alienigena esset, seu ad excitandā eius virtutē & fidē, saeculisq; ostēdendā fecit. Nec enī vrgētissimis caret causis, miseræ mulieri nihil respōdere ipsā mīcoram. Ad nostra etiā erudit nos īfortunia, ne cū affligimur atq; cōcidamus, si statim nō exaudimur: quinimo pulsantes perseueremus, sanctosq; interponamus intercessores: & iterū atq; iterū cum omni humilitate fiduciaq; clamemus, quo usq; exaudiamur & liberemur. Siquidem Deus noster, prout ex scriptura colligitur, nec mala illico punit, nec postulata in eodē momēto concedit. Quapropter nimū oporet peccatores vigilare, & a peccatis velociter pede referre, nec segnes fieri, eo qđ cito peccates nō flagellātur & occidūtur, vel à terra eradicātur, aut absorbētur. Misericors n. Deus, quod diuitiis tolerat, eo nī emēdemus cōmissa grauius punit. Quēadmodū qui arcu sagittā apposit, quāto magis ad se flectit chordā, eo velocius & fortius pcutit: sic dñs quāto flagella differt, durius punit. Hoc David in sinuat ps. 59. dicens: Dediſti metuentibus te significatiōne, vt fugiāt a facie arcus: ac ſidicat, signū timentibus te ostēdiſti: vt cū viderint differri vindictā, arcū te extēdere ſciant, & fugiāt definātq; peccare. Nec ob vindictāe dilationē te obliuisci existimēt, ſed duriora flagella in aliud tps differri ſciāt. Qđ apertissime ostendit beatus apost. Pan. ad Rom. cap. 2. dicens: An diuitias bonitatis eius & pacientiæ, & lōganitatis cōtēnis? ignoras quia benignitas Dei ad pēnitentiā te adducit? Secūdū autē duritiā tuā, & impēnitens cor, theſaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vniuersitatem ſecundū opa eius. Non potuit clariori ſententia explicari dilationē vindictāe nō praeſerre obliuionē, ſed duriorē punitionem. Thesaurizare quippe eſt, peccata peccatis addere, & irā & indignationem diuinā cōciscere nō in diem mīræ & veniæ, ſed in diem iræ. Quē admodū igitur dilatio vindictāe peccatis debitæ, nō eſt velle nō punire, ſed vt ex hoc ſigno caueat perseuerare peccator: ſic ſtatiū postulata cōcedere, nō ex voluntate abnuendi prouenit, ſed uice versa ex ipſa volitione donādi: nempe vt poſtulantiū excitetur affectus, augeatur virtus & meritū obtinendi, & tunc demum petita Deus concedit, prout eſt videre in Chananaea. Nec enim tātu ſe humiliaret, tantaq; pacientia dilationē & ſe canem appellari ferret, niſi quia ſpēm cōceperat, quāquā id quod poſtulabat prorogaretur, ſe fore cōsequutur. Porro Christi aduentum per quinq; millium annorū curricula, & eo amplius proroga-

tur ut oportuno tempore humani generis sat perficeretur. Ceterū cū Chananea repellitur, nō ad maleficos vadit: prout fecit Saul, qui cū responsū a dñō non haberet, pythonisā adiuit. pri. Reg. cap. 28. sed mira paciētia, & perseverātia dñm ad ipsius prouoluta pedes adorat, mīan implorat, & se canē fatetur: micam minutissimam sibi dari humili postulat. Offerunt pro illa preces beati apostoli, nō fictas seu simulatas: quemadmodum terrenorum principum sa

Fraus iterpel  
lantiū princi  
pes.

miliares facere cōsueverūt. Ut enim pro suis & suorū negotijs interpellandi sit locus, nego-  
cia pauperū tenuissimis ac frigidissimis verbis regibus exponunt. Illorū verō negotia, quise-  
eorū fidei & patrocinio cōmendanere, Deus bone, quot imposturis, quot subinde effectis me-  
datijs in longissimas moras trahūt. Nūc simulāt se corā rege efficacissimis verbis eorū cau-  
sa perorasse: cū nihil ficerint minus. Forte ne suis priuatis cōmodis aliquid dece dat. Nunc  
simulant nescio quae obstacula, quae iam ferē peractū negotium diſturbarint. Quo fit, vt nec  
miseris pauperibus subſidio ſint, nec aliorū neceſſitatibus ſinē imponant: hos & illos varijs  
modis eludeat. Beatorū autem ſemper vera eſt interceſſio, qua facta eſt expulſio dæmoniſma-  
le vexātis filiā Chananeę, qui iam diu miſerā puellā vexauerat. Cōſuetudo namq; & natu-  
ra ſunt fortissima hominis. Nā peccatis affuefactus difficulter ſe ab illis retrahit, & dæmo-  
nus affuefactus, ē domo quā habitat, difficulter eſcit. Qđ autem natura & cōſuetudo ſunt for-  
tissima oīm, quae ſunt in homine, dixit quidā: Naturā expellas furca, tñ vſq; recurret. Cō-  
ſuetudinē vero Aristoteles in prohemio ſuā Rhetorices, quaſi alterā eſſe naturā ait. Ceterū  
hæc duo fortia à duobus alijs fortioribus ſuperātur, ſcilicet arbitrio libero & gratia. Ecclesi-  
15. Deus ab initio conſtituit hominē, & reliquit eū in manu cōſilijs ſui. Adiecit mandata &  
præcepta ſua. Apposuit tibi, aquā & ignē: ad quod volueris porrige manū tuā. Ante homi-  
nē vita, & mors: bonū, & malū: quod placuerit ei, dabitur illi. & Genes. 4. dicitur ad Cain:  
Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Sciebat Saul, David a deo eſſe eleclū  
in ſuī regni ſuccelforem: Sed & pater meus ſcit hoc, dixit Ionatas filius eius ad David pri.  
Reg. 23. & nihilominus illum persequitur, & cupit occidere, volens libertate arbitrij Dei  
conſilio repugnare: tāta noſtrā libertatis eſt fortitudo. Hāc noſtrā arce ſi peccatis oppoſe-  
rimus, & ex illa fortiter dimicauerimus, nolētes vñquā prauis diaboli ſuggeſtionebus affe-  
tiri, non modicū proficiemus; maxime verō ſi aliud munitissimū tētationibus præſidiū oppo-  
ſuerim⁹, quo protegamur: quod eſt, dei gratia. Huic beat⁹ apostolus Pau. tribuit omne quod  
eſt, dicens Corint. pri. epis. cap. 15. Ego ſum minimus apostolorū, qui nō ſum dignus vocari  
apostolus: quoniā perſecutus ſum ecclesiā Dei. Quis ergo te, o beate apostole, a praua perſe-  
cutionis conſuetudine auertit? quis te a peccatis exemit? gratia Dei, inquit, ſum id quod ſum:  
& gratia eius in me vacua nō fuit: ſed abūdantius illis oībus laborauit: nō ego autem ſed gratia  
Dei meū. Tanta eſt vis gratiae, quae ſi libero addatur arbitrio, hominē a praua conſuetudine  
dimouet, & deo acceptum reddit dignis operibus. Fortissima ergo ſunt in homine natura  
& conſuetudo. Veruntamen fortius eſt liberū arbitrium cum gratia. Hanc igitur ſent per  
ad domino poſtulemus: qua poſſimus cum liberi arbitrij patrocinio a ſeruitute peccati libera-  
ri, & Christo domino bonis operibus inſeruire, & ab eius gratia nunquam excidere. Cui cū  
patre & ſpiritu sancto eſt honor, gloria, & imperium in aeternum. Amen.

TRACTATVS SEPTIMVS.

In XV. cap. beati Matth.

viii. T

¶

Ecce cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ: & ascédens in mó  
 tem sedebat ibi. Et accesserunt ad eū turbæ multæ habétes secum mutos,  
 cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerūt eos ad pedes eius, & cu  
 rauit eos: ita ut turbæ mirarētur, vidētes mutos loquētes, claudos ambulātes,  
 cæcos vidētes, & magnificabant Deū Israel. Dominus tot tamque, assiduis signis di  
 uinitatem suā comprobat, c. eci aut̄ Iudæi non attendūt. Iesus aut̄ conuocatis discipu  
 lis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo iā perseverant mecum, & non ha  
 bent quod manducet. Mira misericordia domini, turbæ miseretur triduo perseveratis.  
 Quāto enim amplius miserebitur illis, qui cum eo semper perseverauerint: si nec tribus die  
 bus eū se quæribus sine præmio vult præterire. Discat qui habent famulos, debitam illis con  
 ferre mercedē: Adeundē modū. Qui laborat inedia, secum perpendat, an forte ob id esuriat,  
 quoniam Christū non sequitur. Nam his qui cum illo triduo perseverauerāt, abūdanter cibū  
 parauit. Cum aut̄ audis verbum misereor: nō arbitraris, apud Deum esse mutabilitatē, cū  
 scriptū sit Malachiæ cap. 3. Ego dñs & nō mutor. Effectū, cum hæc audis, intellige: nō mu  
 tationis effectū. In Deo aut̄ iustitia, misericordia, pietas, & quæcunque illi attributad dicimus, &  
 nō differūt: quoniam Deus non compositus, sed simplicissima vna eademque semper æterna es  
 sentia est. Secundū aut̄ hominē Christus dominus effectu et effectu misereri dicitur: secū  
 dū quod Deus est, miseretur effectu, nō tñ effectu commouetur. Quod si aliquando id pronū  
 cit scriptura, vt illud Genes. 6. cap. Tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo, inquit, homi  
 nē. Pœnitent enim me fecisse eos: perinde est, ac si dicat: effectu delebo aquis diluvij omnē car  
 nē. Prout facit, qui iniuria potest retaliare: qui dolore cordis commotus, profitetur se inimi  
 cum demoliturū. Similiter & illud Genes. cap. 11. Descendit autem dominus ut videret ci  
 vitatem: Et rursū 18 cap. Clamor Sodomorū, & Gomorrheorū multiplicatus est, & pec  
 catum eorū aggrauatū est nimis, descendā, & videbo utrū clamorē qui venit ad me, opere  
 compleuerint: an nō est ita, vt sciā. Cū primū dicit, peccatum eorum grauatum est nimis, iā cō  
 stat se scire. Quod aut̄ dicit, descendam et videbo: hoc est, per angelū quē mitto, efficiam quasi  
 nunc sciā an ita sit, vt deleātur, & puniantur effectu, quæ ante quam mundus fieret scio. Ita  
 quod effectū significat, cum more hominis loquitur Deus, nō effectū: qui omnia nouit, & cui  
 omnia nuda & aperta sunt. Etenim firmabit orbem terræ qui nō commouebitur. (umanè  
 nō commouetur Deus, effectū significat, more miseren̄is, dolent̄is, irati: non quod aliquo  
 effectu omnipotens commoueatur, cum impassibilis, & incomutabilis semper existat  
 Deus. Veruntamen in omni dono diuino quatuor semper considerāda sunt: bonitas, qua De  
 us cōmunicat suā bonitatē largiendo animā, vitam, honorē, & necessaria vitæ hominibus.  
 Igitur iure astringimur, ad dei honorem seruandum in nobis, & in proximis, ne peieremus  
 blasphememus aliquodue peccatum lethale committamus. Secundo consideranda est dini  
 naiustitia. Quoniam iustus es domine, inquit David ps. 118. & rectum iudicium tuū. Quic  
 quid enim donat, iuste donat: quicquid facit, iuste facit: & quidquid promittit, iusto iudicio  
 & si occulto promittit. Tertio consideranda est liberalitas Dei: qui cum sit nulli debitor, lar  
 gissimus tamen est distributor, & fons inexhaustus bonorum omnium. Quarto consideran  
 da est misericordia. Quæ duplē actum habet: compati scilicet miseriae alterius, & deſe  
 elūm tollere eius, quod alicui deficit. Compassio, prout prædictum, in Deo non est, qui non

Attributa deo  
 & d̄scensus  
 & videtur Dei  
 quomodo ac  
 cipiendum.

commouetur. Tollit autem defectū quem patimur, bona præstanto. Quia propter sumē m  
isericors est, prout in præsentie lectione dicuntur: Mitereor turbæ, quia triduo iam perse  
uerant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo,  
ne deficiant in via. Conseruat dominus quod fecit: & secundum hominē miserentis affec  
tu, & secundū Deum misericordiæ effectu creaturis suis auxiliatur: & ne in via deficiant  
curam agit veluti pius pater. Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto pa  
nes tantos, vt faturemus turbam tantā? Cum populum videris deficientem, tūc firmi  
us scito propinquū adesse dominum. Et ait illis Iesus, habetis panes? At illi dixerūt:  
septem, & paucos pisces: proximo præcedenti cap. duos pisces legimus: hic paucos pi  
sculos. Post resurrectionem autē, vt ait Luc. cap. 24. obtulerunt discipuli domino partem  
pisces assī, & fauum mellis, & Ioan. 21. Cum transirent rete in terrā viderūt prunas & pis  
ces superpositum. Hæc in memoriam reduximus, vt notum omnibus sit, quāta devotione,  
etiam domini exemplo ducti, sancti patres Benedictus, Dominicus, & Brūnus Carthu  
siensis à carnibus abstinere religiosos suos sanxerunt. In euangelio pisces manducare domi  
num legimus, cū solus cum discipulis suis edebat. Cæterum agnum paschalem, & cum in do  
mum alicuius illi coniunctum parabatur, quæ apponebantur manducabant. Non ergo sunt au  
diendi religionum detractores, & præceptorum ecclesiæ neglectores Lutherani, cum domi  
ni exemplum habemus. Et præcepit turbæ, vt discumberent super terram. Et ac  
cipiens septem panes & pisces, gratias agens fregit, & dedit discipulis: & dis  
cipuli, sic fractos, dederunt populo. Eodem modo hic multiplicat septem panes, quo su  
pra proximo præcedenti capitulo quinq̄. Memineris verò semper, o Christiane, oculos in  
cælum leuare: hoc est, cognoscere omnia bona nobis a summa prouidentia tribui: & si distri  
butor honorū vel bonorum constituaris, oculos in cælum nō in terram dirige, distributinam  
iustitiam incorrupte seruans. Multiplicabantur panes in manibus Christi ex materia septē  
panum voluntate diuina. Quinq̄ autē panes iuxta pascha multiplicati sunt: isti verò septem,  
vt ait quidam doct̄or Carthusiensis, in die sexta Ianuarij, qua die olim domin⁹ dignatus est  
se regibus Magis, adorandū ostendere. Et comedenterunt omnes & saturati sunt. Ne  
minem famelicum relinquit dominus. Omnibus sequētibus misericors dominus tribuit ne  
cessaria. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas, admi  
raculi confirmationem & ad omnem calumniam & ambiguitatē tollendam. Erant autem  
qui manduauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres.  
Et dimissa turba ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedan. Factis his mi  
raculis multiplicationis panis & pisium, semper dominus à turba recedit, ne ob temporalis  
um rerum utilitatem illum sequantur. Qui enim ob temporalium rerum quæstum Deo in  
seruit, non Deo sed sibi seruit: non summo pontifici sed pontificatu seruit, non regi sed reg  
no seruit, non episcopo sed redditibus & beneficijs seruit. Hæc autem sunt depravatissima  
& damnabilia obsequia, dum non propter dignitatem personæ, sed propter ea quæ possidet  
illi ministratur. Atque ita fit, vt raro illis veritas ostendatur, raroq̄ sint seruifideles. Et hos  
abominatur dominus, qui non cor inclinant ad faciendas iustificationes propter retributio  
nem, verum omnem suam dirigunt intentionem in propriæ utilitatis commodum. Recedit  
propterea à turba dominus, vt discant Deum propter seipsum amare, & illi adhærere &

Optima insti  
tutio religio.  
nū pisces mā  
ducantium.

inseruire, omnibus neglectis quae sub cælo sunt: atq; omnium rerum solicitudinem in eñ pro-  
yientes, qui septem panibus quatuor milia hominum satianit, exceptis parvulis & mulieri-  
bus. Venit autem dominus in fines Magedan, siue Dalmanutha secundum Marcum, quo-  
niam his duobus nominibus regio illa dicebatur, vel ibi erant confinia Dalmanutha & Ma-  
gedan: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## Tractatus primus in XVI. cap. beati Matthæi.



Taccesserunt ad eum pharisæi & saducæi tentantes, & roga-  
uerunt eum, vt signum de cælo ostenderet eis. Tanquam volentes  
experiri, si ignem de cælo descendere faceret, vel aliud signum daret, vt pos-  
sent facilius turbis suadere illum tanquam vnum esse expriscis prophetis, nō  
autem Messiam. Quum omni hora potiora signa conspicerent, nempe mundatos leprosos,  
mutos loquentes, mortuos suscitatos & cæcos vidétes. At ille respòdens, ait illis: Facto  
vespere, dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane: Hodie  
tempestas, rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare nostis: sig-  
na autem temporum non potestis? Ac si dicat: Signa temporis aduentus Messiae quo-  
modo ignoratis? Non enim vaticinati sunt prophetæ Messiam daturum signa de cælo in pri-  
mo suo aduentu: sed in Bethleem nasciturum ex virgine de domo David, idque post heb-  
domadas Danielis expletas, nec tum fore sceptrum regale in Iudea. Item venientem repro-  
bari à senioribus, & sacerdotibus, crucifigi, resurgere à mortuis die tertia, spiritum sanctū  
de cælo missurum in discipulos, & innumera facturū miracula. Hæc sunt signa aduentus  
Messiae. Hoc autem tempus quomodo nō probatis? inquit Lucas. cap. 12. Generatio ma-  
la & adultera signum querit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ pro-  
phetæ, hoc est signum passionis & resurrectionis domini: quoniam omnis passio & resur-  
rectionis prophetata sunt. Et relictis illis, tanquam indignis & obstinatis, abiit. Cum enī vi-  
derimus nihil proficere Dei verbum in obduratis hominibus, in alium locum abeundum est,  
in quo Dei verbum fructum producat. Et cum venissent discipuli eius trans fretum,  
obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini, & cauete à fermento pha-  
risæorum & saducæorum. At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia panes  
non accepimus. Tāta discipulorum erat simplicitas, quod perspicua domini verba, quan-  
doq; non caperent. Diuitias verò Christi eo ampliori dignoscitur argumento, quod post ad-  
uentum spiritus sancti sapientissime uaserint, & per eos mundus fidem susceperit & con-  
uersus sit. Sciens autē Iesus dixit: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia  
panes non habetis? Ex ijs verbis constat discipulos intra se dixisse: Panes non habemus  
ad manducandum. Vnde ergo nobis erit fermentum pharisæorum & saducæorum: & vn-  
de panes habere possumus? Quia ergo de copia panis dubitauerunt, dominus in memoriam  
illis reducit, duplex multiplicationis panis miraculum, dicens: Nōdum intelligitis, nec  
recordamini quinque panum, & quinque millium hominum, & quot cophi-  
nos sumpsistis? neque septem panum, & quatuor millium hominum, & quot  
sportas sumpsistis? Ecce quod in calce superioris proximi tractatus dicebamus. Ob id nē-  
pe septem sportas de fragmentis panis superfuisse, ad rei magnitudinem confirmandam: &

omnem ambiguitatem tollendam. Dominus enim de fragmentorum collectione, etiam nunc argumentum sumpsit, dicens: & quot cophinos, & quot sportas sumpsisti? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cauete a fermento phariseorum & saducæorum, ac si diceret, qui vos pascere possum, ut cunq[ue] voluero, non est mibi curæ de pane terrestri vos reddere cautos. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum a fermento panum, sed à doctrina phariseorum & Saducæorum. Mirum exemplum populis, & indoctis datur, vt nullo unquam euentu hæreticis aures accommodent: immo caueant ab eorum doctrina, ne libellos eorum legant: etiamsi id fiat animo detrahendi illis, seu illudendi: ne forte ex dæmonis flatu scintilla aliqua excitetur, quæ cor legentis, vel abundantis accendat. Modicum namq[ue] fermentum totam massam corrumpit. Nec diuina sapientia Christus sub fermenti nomine saducæorum, phariseorum & hæreticorum, prauam doctrinam significaret, nisi sciret hæreticorum verba latenter animum inficere. Vera igitur Dei cognitione nimis necessaria est. Est siquidem voluntas cæca in regno anime, teste Arist. nihilq[ue] vult, nisi prius ab intellectu praestendatur, nihil enim volitum nisi præconitum: Qui ergo veram Dei cognitionem retinet, a quo cunq[ue] minimo abstinet: ne minima negligens paulatim decidat. Sunt enim hæc minima, tanquam altercantum verba: ex quibus deuenitur ad gladium: sicq[ue] ex modicis hæreticorum verbis, exque breui lectione pestifera iam & ingens fit corruptela: modicum namq[ue] fermentum, multam corrumpit massam. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt decipient pauperem & inopem, vt trucident rectos corde, Psal. 36. Gladius enim coniunctus ferit, arcus è longinquu sagittam emitit. Quibus haud sane pauci hisce temporibus deploratis simis plusquam lethifico vulnere ab hæreticis conficiunt & spirituali vita priuantur. Gladio inquam percutiant, quem Christi plebeculam scientiae inopem per se, suis verbis decipiunt & depravant. Arcu & sagittis fauiant, cum suos libros deliramentis & prauitate infectos, ubique gentium comportari faciunt. Quapropter cauendum summò studio est, ne vel ipsorum verba exaudiantur, vel libri bogantur. Videl namq[ue] Sara Genes. 21. Hismaelem filium Abrahæ, & Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, & dixit ad Abraham: Eype ancillam hanc & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo: Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puero & super ancillam tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Ad Idolatriæ declinationem vel lasciviam dicitur Hismaellusisse cum Isaac. Quare hoc prospiciens Sara, zelata est filium suum, eo exemplo docens: quod nullo unquam pacto in ecclesia hæretici sunt tollerandi, si id absque iactura gravissimi potest: sed in initio reprimendi & excidendi. Nec modicus eorum ludus dissimulandus, sed prælati illico manifestandi, vt current ancillam ejcere & filium eius: ne ex paucis verbis vel ex modica pestifera lectione simplex corrūpatur populus. Habet etiam dominus gladium suum contra gladium hæreticorum, habet & arcum. Quemadmodum David inquit, psal. 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit & paravit illum. De illis dicitur, gladium euaginauerunt peccatores: dominus quoque gladium suum vibrauit: de illis dicitur, intenderunt arcum suum: dominus arcum suum tetendit & paravit illum, lingua hæreticorum gladius acutus. Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus, psal. 56. Dei gladius ver-

**Hæreticorum  
verba seu li-  
bros Christi-  
anus non au-  
diat nec le-  
git.**

bum Deiest: sicut beatus apostolus Paulus ait, ad Ephes. vlt. Galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Et ad Hebre. cap. 4. viius est enim sermo Dei efficax, penetrabilior omni gladio anticipi. Itaq; gladium suum vibravit dominus, contra gladium haereticorum, linguam scilicet eorum pestiferam: & confundet eos sacra scriptura sua, quam ipsi deprauant, secundum quod iam olim eorum primaeui fecerunt. Vnde beatus apostolus Petrus, tanquam uniuersalis ecclesiae præsul, nos id præcanere docet, inquit 2. Petri cap. ultimo. Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datum suis sapientiam scripsit vobis: sicut in omnibus epistolis, loquens in eis de ihs, in quibus sunt quedam difficultia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauat, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Indoctos vocat haereticos, & instabiles depravatores omnis sacrae scripturæ, præcipue epistolarum beati Pauli. Quod nostris temporibus manifestissime, non sine orthodoxorum graui dolore à Lutheranis videmus effectum. Quippe ipsi instabiles & indocti scripturam sacram contorquent ad suam ipsorum perniciem & damnationem. Dominus namq; gladium suum vibravit: cuius lectulum Canti. 3. hoc est ecclesia, sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes habentes gladios, & ad bella doctissimi. Vniuersusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Habet & dominus arcum suum, quem tetendit: & in eo paravit vase mortis, sagittas suas ardentibus efficit. Vnico iclu domini prostrabuntur haeretici. Quemadmodum & Arius proieclis visceribus interjet, aliisque plurimi. Igitur Christiani caneant à fermento eorum, nec ullum ex eorum obsceno ore verbum excipiunt, nec ex eorum scriptis vel apicem legant: sed sensum verum scripturæ sacræ, quem sancta mater ecclesia catholica datur, in omnibus semper quantur. Sicque profecto victores semper euadent gratia dñi nostri Iesu Christi: cui cū patre & Spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternū. Amē.

## TRACTATUS SECUNDVS.

In XVI. cap. beati Matth.

**V**enit autem Iesus in partes Cæiareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Cū autem a pluri mis soleat annotari in hunc locum: principes debere, quæ de illis apud vulgus opinio sit, interrogare: notent præterea dominum non à phariseis vel à sacerdotibus id quæsiisse, sed à probis & sanctis viris, apostolis scilicet, qui & auditare referrent, & verè quid sentirent ipsi proferrent. A probatis igitur viris si quærant principes, quæ de illis vulgo opinio sit, quæ ille expeditat scire manifestabunt: inutilia verò & falsa tacebunt. Hoc namq; hominibus natura insitum est, ut de suis principibus plurima falso interpretentur. Sunt etiam mundo, cuius & ipsi filii sunt, tria quædam peculiaria: Hæc sunt, laudare præterita, fastidire præsen-  
tia, & desiderare futura: præcertim si licuisset hominibus singulis annis unum eligere regem, singulis etiam mensibus unum prælatum, & diebus singulis unum prætorem. Non igitur securè possunt tales percunctari: Quem dicunt homines? Nam à virtute præditis viris id est querendū: quēadmodū & Christus dominus à discipulis suis sanctis id percūctatur: Quem dicunt homines, inquit, esse filium hominis? Cæterū illi nō retulerūt calumniās phariseorū, non sacerdotū probra: sed eorū referūt opiniones, qui æquiori animo in Christū affecti erant. At illi dixerunt: Alij Ioannē baptistam. Herodes hoc est auspicatus

A quibus que  
rendum quæ  
dicunt hoīs.

Tria mundo  
peculiaria.

prout

prout in initio 14. cap. dicit beatus Matthæus, Ioānes Baptista surrexit à mortuis: & ideo virtutes operantur in illo. Felicissimā futuram vitā, etiā ipse iniquus fatetur Herodes, cū dicit: tales & tantas quas audierat de Iesu virtutes, fieri à iā resuscitato Ioanne. Alij autē Heliā, tū propter zelū domini quē videbant: tū etiā quoniā de Heliā scriptū est Malachie vltimo, quod praecedet secundū domini aduētū ad iudicandū. Alij vero Hieremiā: eo qđ dominus Iudeorū vitia reprehēdebat, aut vñū ex prophetis, ob edita miracula. Ceterū illud mirādū est, neminē inter Iudeos dixisse dominū esse Christū: adeo sacerdotes & phariseos timebāt. Iā enim constituerant Iudei (vt tradit bea. Ioa. cap. 9.) vt si quis eū fatetur esse Christū, extra Synagogā fieret. Dñus autē testimonio hominū minime eget: quippe de quo pater testatus est, de quo & sacra scriptura loquitur, & opera testimoniū perhibet hunc esse verū filiū Dei, & Messiā in lege promissū. Ceterū & nunc pater cœlestis de illo testimoniu tulit. Ait enim: Vos autē quē me esse dicitis? Respōdens Simō Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui. Christus, ecce Messiā: filius Dei viui, ad separatiōnē filiorū deorum gentiū, mortuorum. Diuinitatē & humanitatem, & sacrum aduentū Messiæ, Petrus paucis explicat verbis, quod ille vtiꝝ profert: pater verò reuelat. Respon dēs autē Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona: hoc est filius Ioānis, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, hoc est, nectu humanae adminiculo sapientiae, nec literarū

Séper de Chri stiō studio arcani huius cognitionem adeptus es, sed pater meus qui in cœlis est, scilicet re sto testimoniū uelauit tibi. Séper enim cœlestis pater in publicis actibus Christi, quoties opus fuit, de illo testimoniū tulit in confirmationem credentiū, & Iudeorum confusione. In baptismo nāq. dicit: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. In transfiguratione: Hic est filius me⁹ dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Hic inter discipulos: Tu es, inquit Pe trus ex reuelatione patris, Christus filius Dei viui. Et Ioa. 12. Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horā hanc: Pater, clarifica nomen tuū. Venit ergo vox de celo dicens: Et clarificauī, & iterū clarificabo. Cum autem dominus in cruce irriteretur à blasphemantibus principibus sacerdotū, & scribis: sol obscuratus est, terra mota est, petræ scissæ sunt, velū tēpli scissiōnē est, monumēta aperta sunt. Manifestū ergo est dominū omne suā diuinitatis habere testimonium: cui nunc ex patris reuelatione Petrus dicit: Tu es Christus filius Dei viui. Beatus est enim Petrus: quādo in hoc illum pater elegit, vt ipsius ore filio suo testimoniu redderet: pariterq; vt illum apostolorū verticem designaret. Quapropter dominus illi ait: Beatus es Simon Bar Iona, id est, Ioannis filius. Patrē nominat Petri, quā si dicat secundū Chrys. Sicut tu es filius naturalis Ioānis patris tui, & ego naturalis filius sum Dei. Tu tamen de terrena substantia patris in tēpore natus: ego autē ex patris substantia ante secula genitus. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hāc petrā, quā confessus, hoc est super me: seu super hanc cōfessionē fidei: vel super te, tanquā super secūdariū lapidē fundamēti. Nā fundamētu aliud nemo potest ponere, preter id quod positū est, quod est Christus Iesus, ait beatus apostolus Paulus prima Corint. 3. Quod autem hoc secundariū fundamentum (quod communiter interpretatur) posit dici, firmatur ex eo quod dominus dixit Petro, Luc. 22. iam in ipso pāssionis limite constitutus: Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Fidem ecclesiæ, Petri fidem dicit, & illum constituit fratrum confirmatorem. Vnde &

Petri prima  
tus.

eboru al T  
eisidio eq

primatū

primatum in ecclesia gerere Petrum, eorumque successores palam astrictur. Super hanc igitur petram aedificabo ecclesiam meam. Hoc est, omnes in me credentes. Ceterum aduentum est, quadrupliciter dici ecclesiam aedificatam super Christum dominum, et super hanc Petri a patre reuelatam deitatis et humanitatis confessionem, quae cum sit sic fundata, errare non potest: quippe quae fundata est super firmam petram Christum dominum: et cui Spiritus sanctus adiicit, quemadmodum et dominus Ioa. 14. dicit: Ego rogabo patrem, et alium paracletum dabit vobis, qui maneat vobiscum in eternum, spiritum veritatis. Primo autem dicitur ecclesia formaliter, quae est omnium fidelium catholicorum adherentium Deo aggregatio, omnesque hi membra sunt ecclesiae militantis, si a fide et charitate non avertantur, in fine seculi eligendi, et in vas a caelestia virtute meritorum recordandi. Hanc congregandam esse in heresum extirpationem, saepe vociferantur heretici. Quod cum sit impossibile, etiam et inutile. Impossibilia namque et inutilia eos demon docet postulare, ut sic alaqueo, quo ligati tenentur eripi minime valeant. Quis enim posset tantam ac tam multiplicem ex diuersis orbis partibus Christianorum multitudinem in unum eundemque cogere locum? At esto: an non id esset inutile? quum tanta sit ignorantium multitudo, et indoctrinatum ceterua, hominum, mulierum, iuuenium, et puerorum: formaliter representativa ecclesia est sacrum concilium generale universam ecclesiam representans: episcopis ecclesiae Dei in unum collectis, qui comode conuenire possunt. Horum autem caput, omniumque fidelium Papa est, cuius interest concilium cogere, ad finem perducere, et ab eo sancta autoritate confirmare. Ceterum generale concilium ab apostolis traxit originem, Actuum 15. quando congregatis sunt ad fideli res componendas. Nec tum omnes fideles qui erant in Hierusalem, cum non nimis esset difficile eos congregare, in concilium coacti sunt: tantum beatos apostolos et seniores dicti scriptura conuenisse. Res autem quae tunc definita est maximi erat ponderis: nempe de cessatione legalium agebatur. Ecclesia virtualiter et formaliter est Roma ecclesia, quae semper immaculata permanxit, secundum beatum Hieronymum, cuius habetur sententia in decretis Canonicis 24. quae est. pri. Haec est fides: et Christo Iesu operante in futurum manebit, firmaque et stabilis omni tempore erit. Papa autem, prout papa est, virtualiter et representativa dicitur ecclesia. Quando enim sacrae scripturae ductu universalis ecclesiæ res administrat, et sic in ecclesiæ consilio, et consiliu[m] suis cardinalibus et alijs probis et doctis viris sumendo, ecclesia dicitur virtualiter representativa: quoniam sic omnibus istis prehabitis errare non potest, nec in rebus quae ad fidem vel mores attinent. Quando ipse caput est ecclesiæ ministeriale, sub capite Christo ministrans, qui dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consumationem seculi. Super hanc ergo petram aedificabo ecclesiam meam, quae errare non potest. Quae quidem magna consolatio catholicis fidelibus est in ea commorari ecclesia, quae vera ecclesia est: vereque a Spiritu sancto gubernata, et a Christo domino constituta, eiusque manu ad finem usque seculi solidata: cui cum patre et Spiritu sancto est honor, gloria, et imperium in eternum. Amen.

Quadrupliciter dicitur ecclesia quae est rare non potest.

## TRACTATUS TERTIVS.

In XVI. cap. beati Matthæi.

Vnam

**V**NAM sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, formaliter esse diximus supra proximo tractatu, suum caput habens Christum in cœlis, & papam suum vicarium ministeriale caput in terris: Si quadrupliciter diuidatur ad negotia per traçtanda, cū omnis congregari non possit. Quæquidē quadruplex cū sit, modo supra dicto (eadem quippe ecclesia semper manet, cuius caput ministeriale cū mēbris errare non potest, in ijs quæ ad fidē & mores pertinent.) vñica semper est ecclesia Dei viui, colūna & firmamētum veritatis, pri. Timot. 3. Et Canti. 6. Vna est colūba mea, vna est perfecta mea sine macula, aut ruga, aut aliquid huiusmodi, inquit beatus Paulus ad Ephe. cap. 5. Et Catico 4. Tota pulchraes amica mea, & macula non est in te: De qua dicitur beato Petro: Et super hanc petrā ædifica ecclesiā meam. Aedificata est super firmā petrā, & aucta magnis virtutum incrementis. Quod sic futurū iam multis retroactis seculis, vaticinatus est regius propheta David, psal. 44. Qui spōsum & sponsam alloquens inquit: Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede & regna. Propter veritatē & māsuetudinem & iustitiā, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorū regis: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexit iustitiam, & odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo letitiæ præcōsortibus tuis. Myrra & gutta & cassia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectanter tefiliæ regū in honore tuo. Manifestissimis verbis propheta & Deū & hominem in prædictis verbis cōfitetur, futurū ecclesiæ spōsum & Messiā. Sedes tua Deus in seculū seculi: ecce Deū nominat. Dilexit iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ præcōsortibus tuis: ecce hominem. Mox ad sponsam sanctā ecclesiā conuersus, ait: Adstinet regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Audi filia & vide, & inclina aurē tuam, & obliuiscere populū tuum, Iudeorū scilicet, & domum patris tui Abrabæ. Et concupiscet rex, Messias videlicet, decorum tuū, quoniam ipse est dominus Deustus. Iterūq; repetit Christum Deū: Et adorabunt eū, inquit, & filiæ Tyri, idest, gentilitas, in muneribus vultū tuū deprecabuntur: omnes etiā diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis abintus, insimbris aureis, videlicet charitate, circuamicta varietatibus. Quoniam charitas patiēs est, benigna est, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, nō est ambitiosa, non quærerit que sua sunt, non inflatur, nec agit perperā. Adducentur regi virginis post eā, proximæ eius afferentur: ibi. Iā virginis extollitur, facilior existimat

Virginitas p. nuptijs. Et qui matrimonio iungit virginē suam, bene facit, inquit apostolus pri. Corint. 7. valet neptijs: qui autē non iungit, melius facit. Quod Esias cap. 56. vaticinatus est, dicēs: Quia hæc dicit dominus eunuchis: Qui custodierūt sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meū, dabo eis in domo mea, & in meritis meis locū, & nomē melius à filijs & filiabus, nomen sempiternū dabo eis, quod non peribit. Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templū regis. Pro patribus tuis, patriarchis & prophetis scilicet, nati sunt tibi filij, idest, apostoli: cōstitues eos principes super omnē terrā, memores erunt nominis tui domini, in omni generatione & generationē. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculū seculi. En quantis ditatur dotibus sancta mater ecclesia spōsa Christi? Quātamē heretici impudētissime blasphemare nō desinūt, eāq; reformatā vociferātur. Qui quā ignorēt, in quo re vera sit reformāda, oīa cōfundāt. Qđ denigrata sit facies nostras sup carbones,

us, quodq; non simus cogniti in plateis, prout de Hierusalem Hieremias lamentabatur, non negamus. Cui quidē malo satis promptū remediū adhibet hæretici: dū omni vitio laxantes habenas, libidinibus, cōmēssationibus, & ebrietatibus, idq; contra apostoli Pauli præceptū ad Rom. 13. vbi nos adhortatur, ne cōmēssationibus & ebrietatibus, ne cubilibus & impudicitijs dediti simus, totū replent mundū, et ab omnibus bonis operibus illū abalienāt, sola volētes fide saluari, et clamātes ut reformatur ecclesia. Quibus sane in p̄optu respōsum est: Reuertimini ad sanctā fidē catholicaā, qui hæretici estis: Sacramēta suscipite: Vacate bōnis operibus: Gratiæ & charitati supremū iustificationis & formalē actum conce dite: Credite apostolo Paulo afferēti, quōd melius sit castitatem seruare, quā vacare nuptijs: Credite euāge liō testificati, quōd sunt eunuchi, qui se castrauerūt propter regnū cœlorū. Credite David dīcī: Adducētur regi virgines post eā, in lāetitia & exultatione. Credite & Esaie dantino men melius eunuchis à filijs & filiabus. Et cū hæc omnia & quæcūq; catholica tenet ecclesia sic credideritis: tū demum clamate, & nos vos iuuabimus, reformatur ecclesia. Vos nāq; & principes vestri in eo reformari ecclesiā existimatis: si spolietur ipsa redditibus, & in abjectissimā pauperiē redigatur: vultis sacerdotes omnes mēdicos fieri, vt coacti in opia vobis cū ducāt uxores: quæ acu & fuso huiusmodi sacrilegos alant: eoq; modo fiāt filij gehēnæ du polo quā vos. Quid? annō phariseorū more omnia cōfunditis? omnia eueritis? Quid? nū reformatio ecclesiæ solū in clero necessaria est? an non etiā in omni seculari statu? cū tot sint bella inter seculares principes & res publicas. Vbi pax tātōpere à Christo domino cōmendata? Dū nascitur, angelii in terrā pacem annūtiant: Dū moritur, pacē, inquit, mēa do vobis, pacē relin quo vobis. Dū resurrexit à mortuis, prima ad discipulos salutatio hæc est: Pax vobis semel, ac iterū pax vobis. Cū tot sint litibus tribunalia plena, vbi consiliū dñi? Qui vult tecū cōvenire in iuditio & tunica tollere, dimitte ei & palliū. Et apostolus Paulus prima Corin. 6. Iā quidē omnino delictū est in vobis, quōd iuditia habetis inter vos. Quare nō magis iniuri am accipitis? quare nō magis fraudē patimini? Sed esto, hæc cōfilia sunt nō præcepta: opus est aliquādo habere iuditia. Ceterū vbi dilectio proximi, et vera in iuditio litiū prosecutio absq; falsitatis nota? In hoc cognoscet oēs, quod discipuli mei estis, inquit dominus Ioan. 13. si dilectionē adiuvicē habueritis. (ū tot sint fraudes, & usū inter mercatores: vbi, mutuū date, nihil inde sperātes? Iuramenta innumera omni momēto in seculariū ore reperiuntur. Proinde affirmare ausim, nō min⁹ reformationis egere seculare statū, quām ecclesiasticū. Quod autē in ablatione redditū non cōsistat vera ecclesiæ reformatio (prout suspicātur seculares, existimātes ecclesiæ redditus, si ab illa auferātur, in eorū manus deuenire) ostēditur ex eo, quōd ecclesiæ redditus & prouētus, præcipue ex decimis cōtrahuntur. Decimaruū autē origo processit ab Abraā, qui hanc summā obtulit ex omnibus Melchisedec sacerdoti, Genes. 14. Qui Melchisedec rex Salen, quæ nūc est Hierusalē (vt pluribus placet) typū Christi regis, & summi sacerdotis gessit. Ecce quātæ autoritatis decimaruū origo. Melchisedec offers pro Abrahā panem & vinum, & Abraham illi decimas soluit, mirabile ecclesiæ militantis ministerium & alimentum. Decimæ ergo dantur à populo sacerdotibus, qui pro populo offerunt Deo corpus & sanguinem Christi, sub panis & vini speciebus. Item Iacob postquam vidit scalam, cuius culmen cœlum tangebat, & dominum innixum scalæ (hæc typum gessit ecclesiæ militantis) voulit se daturum Deo decimas omnium quæ haberet,

Genes.

Decime supra  
cap. 6. tracta-  
tus 13.

Genes. 28. Domminus Deus etiā populo Iudeorū præcipit Exo. 22. dices: Decimas & primicias tuas non tardabis Deo offerre. Et Nu. 18. iterū dicit: Tribui Leui dedi omnes decimas in possessionē. Et Malachiae 3. Dominus præcipit decimā omnē inferri in horreū domini, ut sit cibus in domo sua. Nec etiā prætereundum est, quod Genes. 47. Joseph Pharaoni omnē terrā Aegypti vecligalē fecit, quū illis cibos daret pro prædys, quæ iterū possessoribus dedit: dūmodo quintā partē deinceps frucluū regi pendat: excepta, inquit scriptura, terra a cerdotū, quibus de horreis publicis alimēta dabantur. Ex quo satis constat, non eos suisse cō pulsos vendere possessiones suas sacerdotibus falsis, & falsorū simulachrorū cultoribus. Tempore famis de publicis horreis datur illis ānona, ne agros suos vēdere cōpellantur: & Lutherani volunt sacerdotes regis aeterni Christi, & ānona & possessionibus suis priuari. Beatus Augustinus ante annos mille centū & amplius, dominica duodecima, post festū beatissime trinitatis, totū vñū sermonem habuit, in quo suadebat populo, ut verē & absq; fraude dei mas ecclesiæ redderet. Et inter cætera dicit: Quid sacerdes, si tibi præciperet Deus, nouē illis panes offerre, & tibi vñū tantū reseruare? redarguēs vtq; illos, qui negligēter decimas per soluebant. Non ergo decimæ sunt in causa abusus ecclesiæ, nec ex earū ablatione reformatio ecclesiæ cōstat. Hi enim sunt præcipui ecclesiæ redditus, qui ex decimis contrahūtur. Alij autē reddiūs sunt ex prædys, villis, & ciuitatibus aliquibus ecclesijs, per reges & principes & alios potētes viros donatis. Ecce hīc obiectū hæretici, dicētes. Dent. 18. dominū dixisse: Non habebūt sacerdotes & leuitæ partē, & hæreditatē cū religio populo. Et Iosue cap. 12. Cū inter tribus terra promissionis diuideretur, tribui Leuinon dedit possessionem. Sed sa crificia & victimæ domini Dei Israel, ipsa est eius hæritas. Porrò facillime hæc obiecta sol uuntur, si causam inspicias. In uno nāq; paruo regno, prout erat terra promissionis, & eo fertilissimo: vbi præcipiebatur omni die offerari arietes, oves, & boues, & cætera huius generis animātia: & vbi vnicū templū erat, & pauci sacerdotes (quānis esset Synagogæ plures) ex decimis leuitæ sufficiētissimos & opulētissimos redditus habebāt, & sacerdotes ex primijs, oblationibus, & cæteris sacrificijs. Et cū leuitæ nō discederent ab Hierusalē propter templū, si haberēt prædia in alijs locis, ab obsequio tēpli diuerterentur. In nouo autē testamēto aucta est ecclesia à mari usq; ad terminos orbis terrarū: & sunt quā plurimi sacerdotes diaconi, & subdiaconi, epi, archiepiscopi, primates, patriarchæ, cardinales, & papa: vt vel decimæ omnibus non satis sufficiant. Vnde & diuino id afflante cōsilio, reges & principes ecclesijs & monasterijs, castra, villas, & ciuitates donarūt in debitā pontificū & sacerdotū substantiationē, ecclesiarū fabricā, & pauperū subleuationē. Beatus Cyprianus li. pri. epist. 10. præcipit de ecclesiæ sumptibus necessaria ministrari bistrioni ad fidē cōuerso. Et beatus Augustinus in Ioa. tractatu 6. detractoribus respōdet, inquiens: Dicitis quod ego habeo villas: ego non habeo, colubā habet. Nam ergo propria prædia Augustini tempore ecclesia posidebat. Hoc & alia fulcitur ratione insolubili: à Syluestro papa usq; in hanc diem plurimi fuerunt papæ sanctissimi re & nomine, qui & miraculis claruerunt: ipse beatus Sylvester, Damasus, Leo, Gregorius magnus, & alijs plures, terras, iurisdictiones, vicos & ciuitates possiderunt, quas etiam nunc ecclesia possidet. Non ergo redditus, pronentus, & castra ad reformationē ecclesiæ sunt auferēda. In Hispania quoq; plurimos sanctissimos præfules fuisse scimus, qui ingentes habuerunt redditus. In archiepiscopatu Toletano, Ille-

s̄ns, & Eugenius, alijq: Hispali Isidorus, Leāder, & alij: Bracarē in Lusitania Mar  
 ianus, Fructuofus, Geraldus: quin non modò prædia possidet, sed & ipsa Bracharēsis ciuitas  
 eorū dominio subest. Non igitur agrorum possessiones, nec castrorū dominia auferēda sunt,  
 ut reformatur ecclesia. At qui secularis potestas ecclesiastice subdita est, at q̄ illi in sp̄ualib  
 parere tenetur. Quis seculi nūc per penso statu, si ecclesia potestatē reprimendi & coercēdi  
 laicos non haberet: Si nunc plurimos patimur hæreticos, nec parū modicos malos Christia  
 nos: nūc revera plures haberemus vtriusq; dñationis cōfessores. Cæterū cū omnis actus  
 bīrarchicus per sacerdotes administretur: qui fieri posset, vt oues cōpelleret pastor sacramē  
 ta suscipere? & recte ad normā ecclesie viuere? Si enim saginata ouis pauperculo responde  
 re sacerdoti, nolo, quid tū fieret? Omnia pene essent cōfusionibus plena. Nec esset vīculus,  
 vt est natura hominū ad malū prona, in quo non paſsim reperiētur instabiles, inobedientes,  
 rebelles, & qui disciplinā ecclesiasticā, paulo seniorē planè haberent contēptui. Adeò autē  
 hoc verū est, vt saluator noster voluerit à regibus infans adorari, & aurū eorū suscipere, ni  
 murū tam ecclesiæ suæ sponsus diuitias futuras admittens. Idē ostendit Matthæi 10. quādo  
 dixit: Dignus es operarius mercede sua. Et apostolus: Qui bene præsunt presbiteri, dupliči  
 honore digni sunt, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Et beati apostoli cū orbē per  
 agroſſent, nōne mulieres necessaria ministratēs secūferebant, prout beatus apostolus Pau  
 lus intulit pri. Corint. 9. Nunquid, inquit, non habemus potestatē, sororem mulierculam  
 circunducēdi, sicut & cæteri apostoli, & fratres domini, & Cephas. Quin & ipsi dño mini  
 strabant deuotæ & sanctæ mulieres, prout refert beatus Luc. cap. 8. dicens: Maria quæ vo  
 catur Magdalene, de qua septē dæmonia exierāt: & Ioāna vxor Chusæ procuratoris He  
 rodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Et beatus Mar  
 cus cap. 15. Erant aut̄ & mulieres delonge aspiciētes, inter quas erat Maria Magdalene,  
 & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome. Et cū essent in Galilea, sequeban  
 tur eū, & ministrabant ei. Cū autem hodie hæc non possint per mulieres decēter fieri: Hinc  
 est quod deuoti dona sua conferunt: scientes id placere domino, qui calūnianti Iudæ, eo quod  
 Magdalena effuderat in ipsis pedes vnguentū illud pretiosum, ait: bonū opus operata est  
 in me. Reformatio ergo ecclesiæ potissimū in id versatur, vt probi eligātur viri, quibus co  
 mittatur animarū cura. Vt illi ipsi per se ouibus præsint de pastu earū joliciti. Vt unus vni  
 co beneficio, cui animarū onus incūbit, cōtentus sit: nisi fuerit doctus, & ecclesia tenuis, quæ  
 tamen non distet ab altera, nisi una dieta: vt ab omnifugiant ambitione, & modicus sit famu  
 lorū fastus. Vt multas in pauperes eleemosynas elargiātur. Vt oues pascant, non tantū ver  
 bo, verū & exēplo, tū & flagello cū opus fuerit. Ne vllū sit peccatū mortale publicū: in  
 & secreta quæ ad aures venerint prælatorū, salubribus monitis præsecare mitantur. Vt di  
 strictū sit eorū examen, qui ad sacrū aliquē ordinē sunt promouendi: Vt vigilatissima cura  
 prælatorū dioceses visitētur. Vt iuris Canonici, & sanctorū conciliorū decreta sine dispeſa  
 tionē religiosissime obseruetur. Hæc si adsint ecclesiasticis viris, et nullo sit privilegio quis  
 quā exēpīus, quo minus peccans ex legis præscripto puniatur, ecclesia reformatiū. Sum  
 mōpere etiā laicis necessaria est reformatio ab agricola usq; ad regē, & à minimo usq; ad ma  
 ximū. Nempe vt pax incorrupta, quoad fieri licet, retineatur: & litibus, quibus iudici  
 aria forā ubique perstrepunt, aliquis imponatur modus. Vt à calumnijs, detractionibus,

blasphē

blasphemis & periurijs omnes abstineat. Ut eleemosynis & charitatis operibus assiduè va-  
cent. Vi liberos suos illico à pueritia ad Christianæ pietatis amissin diligenter instituant. Vi  
in vestita cæteroq; ornatu & cibis sit quædam Christiana modestia & temperaniætum. Nec  
etiam minus curandum, ut vñsa & otium grauiissimis pœnis à Christiana republica exter-  
minentur. Hæc si fiant, cessabunt detractiones, & filiorum ecclesiæ gemitus gratia domini  
nostrri Iesu Christi: cui cū patre & Spu sc̄lo est honor, gloria, & imperiū in æternū. Amen.

## TRACTATVS QVARTVS

In XVI. cap. beati Matth.

**E**T portæ inferi non præualebunt aduersus eam, scilicet aduersus ecclesiā. Por-  
ta est qua domū ingredimur. Et porta inferni ea est, qua in infernū iniquorum anima  
intromittuntur. Hæcigitur est infidelitas, hæresis, schisma, peccatum mortale. Quibus haud  
dubio in domū tartaream & ignis æterni aulā patet ingressus. Nulla igitur infidelium per-  
secutio, nulla hæreticoru & schismaticorum controuersia, nulla peccatorū turba, aduersus  
sanctā ecclesiā catholicam præualebit: quin semper ipsa in Christo solida permanebit, donec  
electos suos ad æternam illā, ad quam tendimus, felicitatē adducat. Illi, inquam, portæ infe-  
ri nominantur, quibus oppugnari potest ecclesia, sed non expugnari: opprimi, non tamen de-  
primi: concuti, sed non euerti. Dominus enim rogauit pro fide Petri, ut nō deficiat: qui pro  
juare uerentia exauditus est. Quā igitur ab his tribus hostibus oppugnetur ecclesia: infide-  
les gladio, hæretici verbis, mali verò Christiani depravatis moribus & exemplis illā concu-  
tiunt. Sicq; discerpitur mundus, omnia sunt dissidijs plena, rumpuntur fœdera, cum vñs.  
quisque nititur ad se omnia trahere. Infideles namque armis totum cruentant orbem: ha-  
retici verbis fallacibus tunicam inconsutilem nituntur scindere, quæ vñica est fides Chri-  
sti. Quos nos admonet præcauere beatus apostolus Paulus ad Rom. cap. vlti. dicens:  
Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctri-  
nā, quam vos didicistis, faciunt. Hæc est doctrina, quā fideles docti sunt per ecclesiā, & be-  
atos apostolos Christi: Et declinate, inquit, ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro  
non seruiunt, sed suo ventri. Perspicie hinc Lutheranos semper edētes & bibentes: & per dul-  
ces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium. Et ad Timoth. 2. cap. 3. de eis.  
dē ait: Habentes speciem quidē pietatis, virtutem aut eius abnegantes: & hos deuita. Ex  
his enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, que-  
ducuntur varys desiderijs, semper discentes, & nunquā ad scientiam veritatis peruenien-  
tes. Quenadmodū autē Iannes & Mābres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt verita-  
ti, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed ultra non proficient. Etenim peruerse  
in ecclesia viuentes bonos aliorum mores sēpe corrumpunt, atq; ipsi iniqui publicè sectates  
vitia, alios secū infoueam trahunt. Dū autem puniuntur à superioribus, clamoribus &  
detractionibus omnia replent. Cæterū portæ inferi non præualebunt aduersus ecclesiā. Fir-  
ma & stabilis permanebit fides: quantoq; magis exercitatur, & impugnatur à malis, tanto  
amplius proficit, & solidatur in bonus. Dæmones etiā dici possunt inferi portæ, seu ianito-  
res: quoniā per eorum suggestionem infideles, hæretici, & mali Christiani prauis suis mori-  
bus impugnant ecclesiā. Hinc est illud vulgatum in depreciationibus, quas pro mortuis  
offert

offert ecclesia. A porta inferi erue domine animas eorum. Hoc est, a potestate dæmonis, ne eas torqueant, neue insultent: & si iuxta beatu[m] Thomæ sententiam, anime purgatorij, quæ per ignem purgantur, dæmones non habent tortores, quorum Dei gratia fuere victores. Nisi dicamus purgatori locum esse inferno contiguum, ideoque vocari inferni portam. Itaq[ue] à porta inferi erue domine animas eorum: perinde est, ac si ita dominum deprecaremur: Ab ipso purgatorio libera eas domine: siue non permitias eas ibidem per dæmones molestari: quoniam dæmones portæ etiam inferi appellantur. At qui & in offertorio missæ defunctorum in hunc modum precatur ecclesia: Dominè Iesu Christe libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni. Hic pœna inferni dicitur ignis: quoniam secundum beatum Thomam idem ignis est inferni & purgatorijs. Ideo ignem illum dicimus pœnam inferni. Et de profundis lacu. Est nāq[ue] purgatorijs locus in visceribus & cetro terræ. Libera eas de ore leonis, ne sorbeat eas tartarus, ne cadat in obscurū. De ore leonis, de accusatione diaboli. Ore enim maledico semper diabolus bonos accusat. Ne absorbeat eas tartarus. hoc est, ne illas absorptas detineat locus ipse pœnarū purgatorijs. Ne cadat in obscurū: hoc est, ne trudatur in aliquæ purgatorijs locū acerbiorē. More carceris loquitur sancta ecclesia: nā in carceribus principiū sunt aliqua loca obscuriora & profundiōra, quibus custodiuntur qui grauioribus delictis obnoxij sunt. Hoc orat sancta mater ecclesie p[ro] animabus purgatorijs, ut citius purgetur & liberetur, ac mitius torqueatur. Et tibi dabo claves regni cœlorū. Et quodcūque solueris super terram, erit ligatū & in cœlis: & quodcūque solueris super terrā, erit solutū & in cœlis. Nulli apostolorū Claves regni dicitur: tibi dabo claves regni cœlorū: Sed Joli Petro excellēter præ omnibus dicitur: tibi dabo cœlorum.

bo claves regni cœlorū, quæ illi exhibetur, Ioa. vlt. cum ter illi a dño dicitur, pasce agnos meos, pasce oves meas, quibus verbis manifestissime primatus Petri & eorū successoriū ostenditur. Nā & si potestas ligādi atq[ue] soluēdi Petro & omnibus apostolis datur, quēadmodum refert beatus Matthæus infra cap. 18. Nullitamen dicitur: tibi dabo claves, neq[ue] pasce. Cum enim apostoli & post eos episcopi, ligādi & soluēdi & dñicū gregē pascendi potestate habeat, solitamē Petro tanquā præcipuo & Christi vicario & successoribus eius, gñralis cura vniuersi orbis committitur. Claves regni cœlorum: hoc est, claves ecclesiæ. Ea vna est potestas discernendi, quam dicimus clauem scientiæ: non quod illam omnis vir doctus habeat, sed dicitur clavis scientiæ, quoniam hac potestate cognoscit peccata: & inter peccatum & peccatum potest ferre iudicium, illud retinendo, illud verò soluendo. Quod facere nequit, qui non habet illam potestatem: Quæcunque ligaueritis in terra erunt ligata, & quæcunque solueritis erunt soluta. Hæc autem clavis Petro est excellenter super omnes concessa: & ideo dicitur, claves dabo tibi regni cœlorum, quoniam quod in sua plebe unus sacerdos, & in diœcesi episcopus sua, id papa in toto orbe potest ligare & soluere. Quinimo & episcopis à papa clavis in sua diœcesi datur, & episcopi sacerdotibus in sua ordinatione, qua quidem clavis nec sacerdos vtitur, priusquam à suo prælato facultatem obtineat. Hinc facile est coniectare, quare episcopus non absoluīt à casibus papæ reservatis, nec sacerdos a casibus ad episcopū attinentibus: quoniam Petro sunt commissæ claves excellenter. Deinde cæteris simul & Petro dicitur: Quæcunque alligaueritis, & quæcunque solueritis. Quibus verbis & si apostolis datur ligandi & soluendi potestas, tamen committitur illis a papa episcopo-

rum consecratio, & ipsi consecrant sacerdotes. Munus igitur episcopale, & ordo sacerdotis à domino Deo sunt, qui factus homo Petro claves prius excellenter tradidit: apostolus deinde potestatem ligandi atque soluendi. Alia clavis est iurisdictionis, qua iudicata exequitur, retinendo hunc, soluendo illum: Quicquid non errante clave retinet papa, episcopus & sacerdos, à Deo retentum est. Ideo enim dicit, Et quæcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Hoc est, erit à Deo probata & confirmata tua absolutio. Non ergo conqueratur heretici de noī clavi, cū Petro pollicitus est dñs dare claves regni cœlorum: cuius nunquam pollicitatio inanis fuit. Haec igitur excellenter, prout pollicitus fuerat, tradidit: florescente ei<sup>o</sup> gloria resurrectione, dicens: Pasce agnos meos. Pasce agnos iterum repetit: & tertio, pasce ones meas, intulit. Neque excommunicationibus detrahant: cum audiant bis dominum dixisse Petru excellenter: Tibi dabo claves regni cœlorum, & quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo. Ligatur viri excommunicatus hereticus, ne inter catholicos Christianos suscipiatur. Ligatur ne videat regnum Dei qui vtiique & in cœlo ligatus est. Nec in sacramentum pœnitentiae debachentur, cum audiant: Et quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Tunc enim soluitur peccator, cum sacramentaliter in confessione absolvitur. Nobis autem aduertendum est, cum dominus dicit: quæcumque ligaueris super terram, et quæcumque solueris super terram, sic super terram accipiendo esse, quod egressa anima iam in solam Christi transeat iurisdictionem. Unde & indulgentiae pro animabus purgatorijs per modum suffragij concedendæ sunt, & hac intentione eas sumus pontifex concedit, quæ nimis haud dubio conferunt ad remittendas pœnas purgatorijs per misericordiam domini nostri Iesu Christi: Cui cum patre, & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATVS QVINTVS.

In XVI. cap. beati Matthæi.

Indulgentiae  
per modum  
suffragij.

**Q**uod autem in calce proximi precedentis tractatus diximus, sumum pontificem per modum suffragij indulgentias animabus purgatorijs impartiri: non suspicereis eo quod per modum suffragij diximus, tollere efficaciam indulgentiarum. Quod enim ligare & soluere datur Petro super terram, autoritative & potestate censendum est: animæ vero purgatorijs, quoniam iam de terreno sunt corpore absolute, nec super terram, dantur indulgentiae per modum suffragij (quandoquidem absolute animas liberare à pœnis purgatorijs papa non potest) merita passionis Christi, & beatissimæ Deiparæ semper virginis Mariæ, & omnium sanctorum illis applicando. Atque illis papa suffragatur, opus aliquod pium iniungendo, quod per aliquem factum illis prosit. Non secus quam si quis à rege in vincula coniectus sit, donec debitam aurilibrā pendat: si aliquis libram illam pro vinculo soluerit, is quidem vinculo suffragari dicitur: rex vero, cum iam illum è carcere abire sinit, potestate & autoritate liberum reddere. Sic cum papa concedit tale quid facienti pro anima aliqua in purgatorio detenta, animæ prodest, & si plena sit satisfactio, Christus illam potestate sua, quæ illi data est in cœlo & in terra: liberā à purgatorio in sanctorū cœtū træfert.

Quod

Quod ergo dicitur per modum suffragij, tantum excludit iudicariam potestatem: quæ iudiciale ab solutionem, & pœne debite in aliud opus pium commutationem includit. Tota igitur denotione indulgentiae pro defunctis à papâ sunt concedenda, & a fidelibus non minori denotione quæ precepta sunt adimplenda. Excommunicationis autem vim nemo Excommuni-  
catio reperi-  
tut in euange-  
lio & episto-  
lis canoniciis.  
est qui ambigat, si euangelium nouit, & Paulum. Quid enim posset clarius dici: quam id quod ore dominico dicitur Petro: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis. Si ergo papa aliquem ligat in terra auathematice, quis est qui ambigat illum ligari in celo? Nec enim alijs verbis perspicacius dici potuit, quam ligatum in terra ligari in celo. Idem dominus Petro simul & ceteris apostolis ait: Amen dico vobis, quæcumque alligatur super terram, erunt ligata & in celo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in celo. capit. 18. Quod autem de peccatis simul & de excommunicatione loquatur, ex præcedentibus manifeste ostenditur. Ait namque ibidem: Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: Quod si non audierit eos, dic ecclesie: si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Peccato igitur mortali commisso ab eo qui admonitionem minime recipit, tunc nunciatur prælati ecclesiæ fratris iniquitas. Si vero corripiente prælato, à prænarratione adhuc non auertitur, excommunicatur: Sit ubi, inquit, sicut ethnicus & publicanus, quorum consortium fidelibus prohibitum est: quod idem est ac sidicat, sit tibi excommunicatus. Quod & beati apostoli optime intelligentes, dominicam sanctionem saepe repetunt in suis epistolis, præcipue beatus Ioannes, & beatus Paulus. Secunda epistol. ait beatus Ioannes: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Ave: communicat operibus eius malignis. Ecce prædicti vobis, ut in die domini non confundamini. Iure perspicuo beatus Ioannes excommunicationis fulmine icit omnes hereticos: quos & prohibet a charitatis discipulis salutari, & in hospitium recipi. Quid enim aliud beatus apostolus Paulus ad Titum. 3. præcipit, quam excommunicatos declarare hereticos? Dicit namque: Hereticum hominem post unam & secundam correptionem deuita: sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est: & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Deuitare autem hereticos, quos subuersos nouimus, perinde est, atque excommunicare. Ceterum illud admirari oportet, quemadmodum heretici conqueruntur, quod semel in anno in die cene domini excommunicantur à Papa: cum sint ipsi perpetuò in euangelio excommunicati à Christo, & in epistolis canoniciis excommunicati à Ioanne, & excommunicati à Paulo. Idem colligitur prima. Corint. 5. cum beatus apostolus Paulus tradidit incestuosem satanæ, dicens: Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicauit præsens eū quisic operatus est in nomine domini Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute domini nostri Iesu tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Ex ijs ultimis verbis beati apostoli ortum habuit id quodiura loquuntur, medicinalem esse excommunicationem: ut tanta pœna pauidi et exterriti homines penitentiam veram peccatorum agunt. Et eodem. capit. vult beatus apo-

Qij stolus

stolus separari bonos ab iniquorum confortio, qui publice non verentur peccare. Dicit enim: Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut male dicens, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Ceterum ad excommunicationem reuertamur. pri. Timot. pri. Hoc praeceptum commendabo tibi fili Timothee, secundum precedentibus in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem & bona conscientiam: quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenaeus & Alexander, quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare. Non ergo heretici conquerantur, quia excommunicationis pena percutiuntur, & traduncur Satanæ, cum et beatus apostolus Paulus huiusmodi homines satanæ se tradidisse fatetur. Illa autem substractione, quæ precipit idem beatus apostolus fieri a fratribus: nempe ut deuicti eos, qui præue conuersantur, vim continet excommunicationis. Dicit namq. 2. ad Thess. cap. 3. Denuntiamus autem vobis fratres in nomine domini Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre abulantem inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis. Hoc autem & ratio postulat fieri pro criminibus publicis, de quorum contagione timetur: nempe si quis obdurate a peccato publico non vult discedere, & prava conuersatione ceteros ad malum pronovatis sequestrandus profecto venit. Nam & in lege leprosi separantur a populo, quod etiam nunc inter Christianos ob carnis munditiem obseruatur, habentq. domos a civitatibus & suburbis semotas: at multo amplius necesse est iniquos iam aliter nolentes a prava desistere consuetudine, excommunicationis vinculo a cœtu ceterorum fidelium separari, tū nemores simul habitantium ex eorum confortio vitentur, tum etiam ut digna pena confusi satagant vitam in melius commutare. Ecce quantis exemplis domini & beatorum apostolorum eius, & quæ rationabili consideratione sancta ecclesia excommunicat hereticos & homines impios, qui ab iniquitate via couertine negligunt. Quod et tempore beati Augustini a mille centū & eo amplius retro annis iam facere consuerat. Ait namq. in Deuteronomij questionibus cap. 39. tomo 4. ex quo apparet eū voluisse intelligi, qui aliquid tale cōmisit, ut excommunicatione sit dignus, hoc enim nunc agit in ecclesia excommunicatione quod agebat tunc intersectio: Et in epist. 75. rogit Auxiliū episcopū, ne anathemate percutiat oēs de familia Clasiciani cuiusdam pro peccato viuis. Cū ergo a dño & sanctis eius apostolis excommunicatione originem habeat, nemo sit qui obstrepat querulus de excommunicatione: immo tranquillus ad eum modū viuat, vt nō ei opus sit anathemate, ut resipiscat, praestante id gratia dñi nostri Iesu Christi: Cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATUS SEXTVS.

In XVI. cap. beati Matthæi.

Sancte indulgentie.

**Q**um omne quod saluti animarum proficuum est, dæmon auferre conetur, ita hereticorum metes inuasit, ut non eos pudeat affluere, indulgentias a summo pontifice nobis concessas minime proficere. Nullum non mouit lapidem in Dei ecclesia, malignus demon nostra ætate, ut id persuadere possit: nempe ignorans, quod quanto intensius extollit vocem per ora hereticorum, tanto amplius in suam confusionem & ecclesiæ elevationem satagit. Ceterum his tantum verbis indulgentiae ostendentur sufficienter ( & si sint alia loca quibus illæ manifestantur) cum Petro dominus dicit: Et quodcumque solue-

is super terram, erit solutum & in cœlis. Concedit Papa annos decem indulgentiarū: Quid beatus sonat indulgere, quām aliquid condonare & reum absoluere? & quid aliud est solvere, quām indulgere & condonare? qui enim soluit, indulget. Cum igitur Petro potestas & clavis excellenter soluendi traditur, indulgēt etiam facultas datur. Ceterum in veteri lege nouimus indulgentiam rerum largiri anno iubilei, Leui. 25. capit. Sanctificabis, inquit, annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ vestrae. Ipse est enim iubileus. Rationabiliter & in lege gratiae fit indulgentia peccatorum, scilicet pœnaru[m] remissio. Nō enim dominus frustra dixit: Quodcumq[ue] solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Si autem de sola culpa, & nō de pœna hæc solutio esset intelligenda, non absolute diceret: Quodcumq[ue] solueris, sed quamcumq[ue] culpā, seu quodcumq[ue] peccatū. Qui aut ligantur, etiam pœnis ligantur. Si aliquem ligat Petrus pro culpa, ad pœnam retinetur illic culpa, qua retenta pacietur pœnam. Sic cum aliquem soluit, etiā a culpa soluit & à pœna aeterna, cui pro culpa mortali erat peccator obnoxius: remanet tamē pœna temporalis quæ vel in hoc seculo, vel in purgatorio soluenda est. Hæc autē pœna vel minuitur, vel omnino tollitur indulgentia, si plenaria est, nō sine pretio, tum meriti passionis dñi, tū & sanctorū. Cum enim quicunq[ue] actus passionis dñi meritifuerit infiniti: eo qđ actiones suppositi, erant verbi aeterni infiniti vniuersitatem Dei: & thesaurum huc infinitum receditum habeat ecclesia, quæ Papa tanq[ue] supremus disp[er]sat, iuxta illud Matth. 24. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quæ constituit dñs supra familiā suā, ut det illis cibū in tempore? Hoc est sp[irit]ualia distribuat: Non enim de corporalib[us], cū hæc dñs diceret, agebatur. Idē refert beat⁹ Luc. ca. 12. Quis putas est fidelis disp[er]sator & prudens quæ constituit dñs supra familiā suā? Quod optime Paulus interpretatur 1. Corint. 4. dices: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et disp[er]satores ministeriorū Dei. Hic ita queritur inter disp[er]satores, ut fidelis quis iueniatur. Et ad Titū cap. 1. Oportet episcopū sine crimine esse, sicut Dei disp[er]satorē. Ceterū cū de meritis Christi nō conqueruntur haeretici: quippe qui nō negat ea infinita esse, nec vñq[ue] exauriri posse: de meritis beatissimæ Deiparæ Mariæ aliorūq[ue] sacerdotum elucidandum est: vñcoq[ue] fundamento iactato tota structura indulgentiarū statū cosurget. Omne igitur opus bonū duplice effectū cōsequitur. Est enim pro culpa satisfactoriū, ac demum sicut in gratia meritorii vita aeterna: Pœnitentiā (inquit dñs) agite, & appropinquabit regnum cœlorū. Habēs pœnitentiā opus peccatis habet satisfactorium. Deinde docuit dñs eleemosynā, dices: Veruntamē qđ superest date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis. Docuit insuper orationē & ieiuniū, pro ut supra tractatū est, cap. 6. Et ipsemē dñs in isto cap. ait: Filius hominis venturus est in gloria patris sui, & tunc reddet vnicuiq[ue] secundū opera sua. Et cap. 25. Venite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnum à cōstitutione mundi: esuriui enim, & dedistis mibi māducare: sitiui, & dedistis mibi bibere: hospes erā, & collegistis me: nudus erā, & operui stis me. Ecce opa quibus peccatis satisfacimus, præmiatur in vita aeterna. Nullū autē opus est sacerdotum, quod non sit etiā ultra condignū remuneratū in gloria, putū inuit beatus Paulus apost. ad Rom. 8. dicens: Existimo enim qđ nō sint cōdigne passiones huīus temporis ad futurā gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ceterū plurima sanctorū satisfactoria opa pro nullo eorum peccato satisfecerūt, quoniā nō tāta eguerūt satisfactione, quāta passi sunt pro Christo ieiunia, vigiliae, persecutions, flagella, opprobria, irrisiones, postremō inumeras supplicia, et

Lij mortem,

mortē, quae beatorū martyrum innumerabilis passa est multitudo. Hæc opera quibus meruit, in quantū meritoria vitæ æternæ præmiata sūt ultra condignū: in quantū autem satisfactoria non tāta in dignitatis satisfactione in manus disp̄satoris Christi thesaurus iste recōditur. Quod autem virtus, et peccatorum satisfactione et merito, per bonū opus operatum in gratia acquiruntur, iam ex euangelio et dñi ore ostendimus. Huc verò thesaurū inestimabilem passionis Christi, et sanctorum merita, ex ea parte qua illorū opera fuere pro peccatis satisfactoria, quoniam non eguerunt tāta satisfactione, distribuit papa, et de eo thesauro indulgentias benignissime confert, iusta ex causa opus aliquid piū facientibus. Porro id exēplo lucidius intuebimur. Nam natus ad mortem homo, ac fuga evadens, si pro rege suo necessitate aliqua imminentे fortiter prælietur, et inimicorum gladijs totus corpore percutiatur: non tantū pro culpa qua occidi poterit, piebatur satisfactione, et venia à rege cōsequitur: immo et præmia et munera illi largitur rex: idemque opus est illi, et culpæ satisfactoriū, et præmij meritoriu. Similiter et in sc̄is, quāta non indigent satisfactione: illud satisfactionis merito, fidelis seruus et prudens, quem constituit dñs super familiā suam, pontifex sumus distribuit, et indulgentias cæteris fidelibus impartitur. Hoc designabat beatus apost. Pau. ad Colos. pri. cap. Cuius, scilicet euāgelijs, factus sum ego Paulus minister: qui nūc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea que desunt passionū Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Quod dñs in se pertulit non idignet supplémento aliquo, patitur enim in membris suis. Et haec sunt passiones quas ad implet beatus Paulus et cæteri sancti in carne sua. Secunda Corint. 2. pœnam donavit Cui, inquit, aliquid donasti, id est remisisti, et ego. Nam et ego quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi. Non ergo hæretici detrahant Papæ, eo quod pœnam cōdonat pro peccatis debitā ex thesauro meriti infiniti passionis Christi et sanctorū: quācō donationē indulgentiā dicimus. Cæterū cū harū indulgentiarū usus à sanctissimo viro Gregorio Papa ecclesiæ doctore insigni, sit auct̄ et in dies creuerit, non sine diuino id cōfilio fieri credendū est, Deo semper suā ecclesiā illumināte, et peccatoribus veniā et indulgentiā optante: ut cui propriū est misereri semper et parcere. Plurumis autē cōcilijs indulgentiā approbatur. In die eucharistiae Urbanus Papa quartus, eis, qui horis canonicas interesset indulgentias concessit. Quapropter non licet alicui de re tā clara disputare. Hæretici autem quoniam dæmon indulgentijs contristatur, eius cui obsequuntur impulsu, indulgentias negligunt, quasi deles doctissimi venerantur, ac religiosè suscipiunt, gratia dñi nostri Iesu Christi: Cui cumpatre et spiritu sancto est honor, gloria, et imperium in æternum. Amen.

## TRACTATVS SEPTIMVS.

In XVI. cap. beati Matth.

**T**VNC præcepit discipulis suis ut nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Hoc scilicet propter duo: tu quia discipuli ante sp̄us sancti aduentū non tācerāt autoritatis in plebe, ut illis de diuina maiestate in Christo, si quā prædicasset, crede retur. Nō si post dñi resurrectionē tot signis ostensa, et gloriosam ascensionē, et sp̄us sc̄li aduentū, illis omnī linguis loquētibus, et crebro prodigia facientibus, nullā adhibebat fidē Iudei, quo pacto domino credidisset nondū glorificato? Nō utiq; tūc expediret ut diuinatas dñi per apostolos prædicaretur, quam minime credituri esset Iudei. Quinetiā prædicatio eorum

eorum post emissum spiritum scilicet eneruari a Iudeis posset, ita dicetibus: Iā anno proximo id prae-  
 dicatis de magistro vestro, quem nos suspendimus in ligno. Ne igitur secunda prædicatio esset  
 quoadmodū & prima, nūc opus erat taciturnitate, ut quando post sp̄us sancti aduentū tot  
 mirabilibus ostenderetur Christi diuinitas per apostolos, populifacilius prædicata susciperet,  
 & suscepta crederent. Tu etiā quoniam hoc mysterium prius per ipsum dominum prædicandū, et per  
 scripturā ostendendū, & miraculis astruendū fuerat, a se ipso Deo sic præordinatū. Quem-  
 admodū & ipse testatur: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si  
 mihi nō vultis credere, operibus credite: vi cognoscatis, & credatis, quia pater in me est, &  
 ego in patre, Iо. 10. Et supra eodem cap. dixerat: Ego & pater unus sumus. Et Iо. 5. Scruta  
 miniscripturas, quia vos putatis in ipsis vitā & eternam habere: & illae sunt, quae testimonium  
 perhibent de me. Et Iо. 8. dicebant ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principiū, qui & lo-  
 quor vobis. Dominus enim venerat ad docendū Iudeos, & se verū Deifiliū & Messiam ostendē-  
 dū, ex sacra scriptura & miraculis maximis: prout dixit Iоan. 11. cū Lazarus suscitaret: Ut  
 credant, inquit, pater quia tu me misisti: Lazarus veni foras: & statim prodij qui quadrivio  
 fuerat mortuus. Hac à Christo domino prædicatam diuinitatem, & ostensam innuneris testimo-  
 nis, prædicandā reliquit apostolis post eius gloriosam ascensionem, & sp̄us sancti missionem. Nō  
 ergo decebat illos prædicare palam Christi diuinitatem, & eum verū esse messiā, quousq; oīa signa  
 sue diuinitatis fuisset p eū exhibita, & oīis de illo scriptura manifestata. Adeo igitur præci-  
 pitur illis, vt nemini dicant ipsum esse Iesum Christum, hoc est, Deum & Messiam. Et exinde coe-  
 pat Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Hierosolymā, & multa  
 pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotū, & occidi, & tertia die re-  
 surgere. Crebro dominus de passione sua loquitur, ne cū eum crucifixū viderint, quem nūc Petrus  
 nomine oīm cōfitetur ex patris reuelatiōe Deifiliū esse, scandalizentur. Sic infra. cap. 20. &  
 26. Tu etiam cū dominus (put ait beatus Iо. ca. 19.) sciret oīa, quae vētura erant super eum: passi-  
 onē quā in incarnatione acceptauerat, semper corā se prospiciens præsentē habebat: sciens per  
 illā redimēdū fore genus humanū, & de peccato & morte, mūdo diaboloq; prostratis se glo-  
 riosū triūphū reportaturū. Velsēpe de morte sua apostolis loquebatur, quoniā hoc erat my-  
 sterium mūdo prædicandū. Qđ & beatus Paulus Corinthiis ostendit, dices, epist. pri. ca. pri. Iudei  
 signa petūt, & græci sapiētiā querūt: nos autem prædicamus Christū crucifixū, Iudeis qui  
 de scādalū, gentibus aut stultitiā, ipsis aut vocatis Iudeis atq; græcis Christū Dei virtutē,  
 & Dei sapiētiā. Et ca. 2. Nō enim, inquit, iudicauit me scire aliquid inter vos: nisi Iesum Christū,  
 & hunc crucifixū. Quapropter dominus toties repetit suā fāctissimā passionē discipulis, ne cū  
 illum viderint pacientem scandalizentur, & quoniā iugis memoria passionis eius in mūdo  
 semper retinēda erat. Et assumēs eum Petrus, coepit increpare illū, dicens: Absit a te  
 dñe, nō erittibi hoc. Assumēs Petrus fiduciā ex eo quod dominus dixerat ei: Caro & sanguis  
 nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est: putabat se Christo domino bene cōsulere. Sed cō-  
 tinuò diuersū audit ab eo. Qui cōuersus, dixit Petro, Vade post me satana, scāda-  
 lū es mihi: quia nō sapis ea quae Dei sunt, sed ea quae hoīm. Admirāda utiq; est se-  
 tentia hæc, si superiori cōferatur. Tūc pater illū illuminat, & sibifiliū & quale indicat: nunc  
 verò nō sapit ea quae Dei sunt, sed ea quae hoīm. Exemplū utiq; datur hoībus sp̄ualibus, ne cū  
 ad apicem cōtemplatiōis euecti fuerint, oīa se opinētur scire, neq; sententiā suā in oīibus certam  
 existimēt: Ecce Petrus cui dicitur: beatus es Simō bar Iona, q; caro & sanguis nō reuelauit ti-

bi, sed pater meus qui in cœlis est: pso eodē t̄pore audit: *Vade satana, quia nescis ea quae Dei sunt, sed ea quae hoc īm.* Nūc inspiratur à patre, illicoq; volēs suā proferre sententiā, & usq; ipso dñō præbere consiliū, errat. Sciamus igitur quoniam ex nobis fragilitatis filii sumus, & ignorantiae patres. Et semper adnō quid oporteat dicere, quidue bonū agere, oratiōibus postulamus, si in oībus certā optimāq; volumus habere sententiā. *Quod autē dicit dñs: Vade satana, hoc est aduersari:* Sic etiam legimus. 2. Reg. 19. cum Abisai consuleret David, ut vindictā sumeret de Semei, qui illū maledixerat, cū fugeret Absalon filiū suū: *Quid mibi & vobis filij Saruī, inquit David, cur efficiūt mihi in Satan? scandalū mibis, hoc est, obice ponis passionime, per quā saluādū est genus humanū.* Quicunq; enim in aduersā partē de cīmat à bono, scandalū dicitur ponere: hoc est, obice & offendiculū, ne ceptā virtutē aliquis prosequatur. Tūc Iesus dixit discipulis suis, se nō tantū passurū: verū & quicunq; velit aīam suam saluare, etiā passionis ipsius necessariō imitari vestigia: et vnicuiq; oportere, ut quemadmodū ipse pro oībus, ita & ipsi p dñō, & pro seip̄is crucē proprys humeris bainlēt. Si q̄s vult, inquit, post me venire, abneget se meti plū, & tollat crucē suā, & sequatur me. Qui enī voluerit aīam suā saluā facere, hoc est vitā suā: perdet eā. Aīa enī dicitur ab animando, sp̄ūs autē dū cōtemplatur cœlestia. Sic legimus dixisse dñm: Potestatē habeo ponendi aīam meam, & nemo tollit aīam meam à me. Et, Tristis est anima mea v̄g; ad mortē: Quando autē in cruce aīam pro nobis posuit, dixit: In manus tuas pater, cōmendo sp̄itū meū: quoniam iā tunc animare corpus anima desistebat: & iuxta portionē inferiorē (pro ut corpus animabat) viatoris peractō officio, informare corpus desinebat. Sic alibi de sp̄ū dicit: sp̄ūs est qui vivificat, caro autē nō prōdest quidquā: denotās, dū cœlestia contēplatur anima, sp̄ūs nomē nūcupari. Qui autē perdiderit aīam suā propter me: Hoc est, vitā p me posuerit, q̄a aīa corpus vivificat, inueniet eā, aīam scilicet lucrabitur, & vitā aeternā inueniet. Quid enī prōdest homini, si vniuersū mūdū lucretur, aīa vero sua detrimētū paciatur? Quasi dicat, nihil vtiq; pdest vniuersodñari orbi, si aīa pereat, que in ppetuū permanet. Aut quā dabit homo cōmutationē pro aīa suā: nullā vtiq;. Filius enim hoīs vēturus est in gloria patris sui cū angelis suis: & tūc reddet vni cuiq; secūdū opa eius. Cū igitur futurū sit, vt vnicuiq; secūdū quod opatus fuerit tribuit, & ad aīam nulla æqua sit cōmutatio, necessariū est tollere dñi crucem, & illū in oībus imitari: *Cui cum patre & sp̄itu sancto est honor, gloria, & imperiū in aeternū. Amen.*

## TRACTATVS OCTAVVS.

In XVI. cap. beati Matth.

Quē admodū per Christiā guinem salua mūr. **E**xprædictis dñi verbis: Si quis vult post me venire, abneget se meti p̄fū, et tollat crucem suā, & sequatur me: diruitur vnu ex duobus præcipuis fūdamētis Lutheranorū: Quibus oīem suorū errorū structurā maximis machinamentis ad sidera tollere enītētes, v̄g; ad inferni vīscera deiciūt. Humillim⁹ verò dñs Iesu oīa Antichristi mēbra, quæ se extollūt cū capite suo, supra omne, quod sacro sc̄tā rectissimē tenet mater ecclesia catholica, vniūco verbo omnē eorū machinam solo æquat, Cum enim velint vacare otio Luthērani, & dialolo suadēte òne opus bonū negligere: sufficiētā salutis falso sibi, vt potē nihil operātibus, in dñico sāguīne arrogāt. Sicq; paupculas aīas à sacramētorū necessitate, & à bonis opib; dimoūt, nulloq; vase, ac nullo medio sāguinis Christi meritū sibi acqrere in salutē volūt, sed illū in corpore dñi, & in ip̄s arelinquētes cruce, domū vacui reuertūtur, et ineptissima et dāmata hæresi,

hæresi, à fructu beatissimæ passionis dñi ab alienati in inferni barathrū demerguntur. Olachry  
 marū flumine plágēda hominū cæcitas, ne dicā iniquitas, qui vñq; hodie attēdere nolūt, tñmō  
 negligunt, quod nūc in euangelio dñus loquitur, dicēs: Siquis vult post me venire, abneget  
 semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me. Sed iā fumus eorū euaneſcat, & eorū tene-  
 bra ſacræ scripturæ luce diſpareat: nec ſanguinē dñi reputet in cruce, et ex ipſius corpore, ita  
 effuſū, vt homines pigros et vacuos totius operis boni velit Christus ſaluare. Quinimo audi Contra omnes  
 aut illū, post quā diſcipulis de cruce & paſſione ſua locutus eſt (ne redēptionem per eius fan- hæresim anti-  
 guinē celebratā, peruenire ad eos ocioſe existimaret, & per fidē ſolā ad ſe trahi meritū ſanguini- dotū in euani-  
 glio:)  
 niſ & paſſionis ipſius) illico addit, dicens: Siquis vult post me venire, abneget ſemetipſum,  
 & tollat crucē suā quotidie, & sequatur me, ait beatus Luc. cap. 9. Duo inter cætera in ſcri-  
 ptura ſacra admiratu digna mibi ſæpe occurruunt, quibus diuina prouidentia Christi toto mētis  
 affectu ſemper venit laudāda. Horū alterū eſt, quemadmodū Christus dñus ſciens quæ vē-  
 tura erant ſuper ecclesiā ſuā, qui ſemper ſciuit quæ vētura erant ſuper eū: ſciens inquā quan-  
 tiſ eſſet hæresibus in poſterū exagitāda ecclēſia, ita illā docuit & erudiuit in euangelio, vt  
 nulla hæreſis à Saduceorū, Marcionitarū, Ebionitarū & aliorū hæreſi, ad hāc vñq; diē in-  
 ſurrexerit aduersus fidē: cuius non ſit preſcriptū antidotū, cui nō ſit remediu traditū, cui nō  
 ſit adhibita cāntio, & deſcripta veritas: qua facile incorrupta fides ſemper cōfifstat, de q; ſuis  
 boſtibus vīctoriā adepta, nobilē agat triumphū. Viſ o homo ſcire, quemadmodū cū ſalus per  
 Christi ſanguinē in mundū refuſa ſit, ad te perueniat ipſe Christi ſanguis & ipſa ſalus? audi  
 dominiū, qui poſt quā de paſſione ſua diſcipulos eſt alloquutus, ne ſe redēptos negligeāt, con-  
 iungo intulit: Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſū, & tollat crucē ſuā quotidie, &  
 sequatur me. Nullaigitur hæreſis haclenius inſurrexit, nec inſurget vñquā, quæ nō ſit euā-  
 gelio Christi deleta, & aduersus illā remediu ſalutiferū veritatis, ore veritatis exhibitu. Al Quotientis bea-  
 terū, quod admiratu dignū fuiffe diximus, eſt: cū totiē de fide beatus apostolus Paulus diſ- tus Paulus de  
 ferriſſet, ne iuſtificatio existimaretur ex eius verbiſ à ſola ipſa fide pendere: ſtatim paucis fide agit, illico  
 adiecti verbiſ, gratiā, quæ iuſtificationis eſt forma, intuliffe: nē pē ut ſciamus iuſtificationis ſubiungit gra-  
 uitū & radicē à fide procedere: ipſa verò forma, quæ vere iuſtificationē abſolutā reddit, et  
 ſine qua nemo videbit Deū, gratiam eſſe. O mira Dei prouidentia, & quæ à ſolo ipſo perfici-  
 potuit, qui nouit oīa quæ vētura ſunt, & attingit à fine vñq; ad finē, fortiter ſuauiter q; diſpo-  
 neſ ſiā: ipſi gloria in ſecula. Amē. ¶ Cū aut sufficiat ſapiēti oſtendere viā, amittimus re-  
 ferre loca, in quibus beatus apostolus Paulus de fide agit: præcipue in epift. ad Ro. & ad Ga-  
 latas et cæteras ecclēſias, et ad ſuos diſcipulos, vbi poſt fidē ſe per ſubiungit gratiā. Vnusquisq; aut cū de fide legerit, idē caput percurrat, & gratiā iuſtificatiō reperiet. Nūc aut eluciāda ſunt loca, quibus impij Lutherani dñnum in cruce cruetatū relinquent: nec manū cruci admo-  
 nere volūt. Ad Ro. 3. inquit beatus Paulus: Quē proposuit Deus p̄piciatorē per fidē in ſanguine ipſius. Et ad Ephes. 1. In quo habemus redēptionē per ſanguinē eius in remiſſionē peccato-  
 rū. Et ad Heb. 10. Habētes itaq; fratres fiduciā in introitu ſactorū in ſanguine Christi. Itē  
 Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtriſ in ſanguine ſuo. Et cap. 5. Redemisti  
 nos Deus in ſanguine tuo. Iſtis & hiſ ſimilibus ſibi falſo arrogāt Lutherani ſalutē, dicētes: nō  
 op̄ eſſe illos aliqd facere, nec ſalutē refudi per aliiquid aliud q; per ſanguinē Christi: qui per fidē  
 & ſanguinis Christi meritū ſe cōſequi ſalutem rentur, & ſic ocioſi & nullū operātes bonū  
 infeſ.

infernū replent. Cernimus sapientiā Christi, qui cū sanguinem suū altera die tradendū in sacramentū salutiferū, sub vini specie in ultima cæna consecraret, ait: *Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorū.* Sciebat namque plurimos fore, qui nō recte operātes, nec crucem suā tollētes, damnarētur in solo sanguine eius: cōfidentes per fidem tantū saluari, absque eo quod pœnitentiā agant, aut opus bonū exequātur. Ideò non dicit, cū pro omnibus sufficienter effusus sit, pro omnibus: sed pro vobis & pro multis: qui scilicet eius tollerent crucē, & bonis operibus, & sacramentis, & gratia, ad se ipsius sanguinē, & eius fructū adducerent. Omnisigitur scriptura, cū nos saluos, redēptos, & sanctos per Christi sanguinē dicit (nec enim alio sumus redēpti precio, præterquā sanguine agni immaculati innocentissimi Christi, qui tollit peccata mundi: qui redemit nos sanguine suo, emitque precio magno) sic accipiēda est: quemadmodū ipse huius redēptionis autor, & sanguinis effusor Christus, eius ad nos fructū peruenire statuit, & ore suo manifestauit. Verū enim uero nemini licet aliter interpretari, præterquā eo modo quo ipsem̄ Christus suo ore exposuit: qui etiā per Spiritū sanctū eadem voluit per suos sanctos apostolos manifestari. Ipse nāque ait: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō poterit introire in regnum Dei.* Per baptismū igitur quamprimum prouenit Christi sanguis in eos, qui verè sunt baptizati: Deinde per alias sacramēta, quae sunt vasa gratiæ (de quibus infra agetur, Deo annuente, cū ad decimum octauū beati Matthæi caput peruererimus) tū etiam per bondopera in charitate facta. Et hoc est quod dominus clamat: *Si quis vult post me venire, tollat crucē suam quotidie.* Non dixit mēa: ne Lutheranus proclamat, crucifixū adoro, eius me passione saluandū credo. Ergo audi quid dicat: abneget semetipsum, & tollat crucē suam. Id est, seipsum cruciet, & bonis exerceatur operibus, quin & sanguinē, si opus fuerit, pro Christo effundat. Et sequatur me: sua ipsius quisque, mortificatione, propria abiectione, propria se crucē torquens, & operibus bonis intentus sequatur me. Quod & ipsem̄ beatus Ioānes, Apo. 7. cū duxisset de sanctis, qui dealbauerūt stolas suas in sanguine agni, præmisit: *Hi sunt qui venerūt de tribulatiōe magna: ecce vniuersi quisque, crux, ppria: & lauerūt stolas suas & dealbauerūt eas in sanguine agni.* Nā si agnus non fuisset occisus, nullus quātūcunque, cruciatus uilius esset in sanctorū introitu. Vnde sequitur: Ideo sunt ante thronū Dei. Necesse ergo est, per sanguinē Christi tollere suā vnuſquisque, crucē, & gratiā habere. Ad hunc nāque modūlū natūrā stolæ, & dealbātur in sanguine agni, dū per eiusdē passionis merita operamur bona, & crux nostra redditur meritoria æternæ vitæ. Idē beatus Paulus ad Heb. 10. declarat, dicens. Post quā dixit habere nos consortiū sanctorū in sanguine Christi, inferius ait: *Quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiū Dei cōculauerit, et sanguinē eius pollutū dixerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliā fecerit?* Spiritui gratiæ cōtumeliā facit, qui negat gratiā: & negat sanguinē Christi per gratiā nobis cōmunicari, quigue non opus esse propria cruce & sacramētis, ad fruēdū sanguine Christi. Lutherani volebāt, de salvatoris fonte sine vase haurire, hoc est sine sacramētis. Volebāt & sine manu bibere, hoc est sine operibus: sed ociosi os aperire, & sanguinē Christi è cruce effundi in eorum fauces, sola fide & voce Christum confitentes, prauis autem operibus eum abnegantes. In quorum etiam confusionem & ecclesiæ eruditionem, dominus bainlans sibi crucem, voluit etiam hanc Cyreneo communicare. Et bainlans sibi crucem, inquit beat. Ioann. 19. cap. exiuit in

Caluaria

Calvariae locū. Hanc verò Cyrenæo Simoni, ut reliqui tradūt euangelistæ, imposuerūt, vt  
eā portaret post Iesum, quē iā cernebat sub cruce lassari. Hinc igitur agnoscamus, etiā nos  
laboribus & sudoribus passionē Christi cōmunicare, & Lutherani iā defecatis animis dis-  
cāt sub cruce domini humiliari, & suā ipsorum tollere crucē, & Christum dominū imitari.  
Illudq; attendāt, quod ait bea.apostolus Paulus, pri. Cor. 15. Abundātius omnibus labora-  
ui, non ego sed gratia Dei meū. Vbi vno verbo opus dicit & gratiam, quam nobis omni-  
bus Iesus Christus dominus noster præstare dignet: cui cum patre & Spiritu sancto est  
honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## TRACTATVS NONVS.

In XVI. cap.beati Matthei.

De fide, grā-  
tia, & operib;

Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui, cum angelis suis: &  
tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Hisce verbis à saluatore Lu-  
theranorum præcipuum fundamentum deiectum est: elisa corum est habitatio, & facta do-  
mus eorū ruina magna: Cæterū fragilis Lutheranorū vox & fundamentū est, qui ociosam  
fidem, & eā nudam & mortuam a seclis suis offerunt: & ea sola iustificari eos affirmant:  
& ad meritū passionis Christi peruenire, ac proinde saluari. Hoc titione tartareo fumigan-  
te, ac minime illuminante, omnem à suis auferūt gratiā, sacramenta, charitatē, & omne opus  
bonū. Quos iā cernens futuros ex euangelio dñs diuina sua sapientia vincit, cōfusosq; & fuga-  
tos reddit, dicns: Filius hominis venturus est in gloria patris sui cū angelis suis, & tū cred-  
et vnicuiq; secundū opera eius. Opera igitur præmiatur non sola fides. Operibus prauis in-  
fernū possessores dānantur, quorū plurimi fuerūt fideles, & tenuerūt fidē: nō ergo sola fides  
quēpiā saluat, nec ad meritū sanguinis Christi peruenit: sed neq; prave operantes defendit, ne  
in tartarū ruant. Atquisi sola saluaret fides, & sola sanguinē Christi ad animā traheret, nō  
ne dñs diceret? Et reddet vnicuiq; secundū fidem eius. Verū ait: Reddet vnicuiq; secundū  
opera eius. Operibus igitur in charitate factis fideles saluamur, & per gratiā quæ in sacra-  
mentis præstat, neq; fides per se sola iustificat: quanquā ipsa est radix & iustificationis ori-  
go. Nā sine fide impossibile est placere Deo, ad Heb. 11. Forma aut̄ ipsius iustificationis est  
gratia, qua saluamur: qua ad nos sanguis & merita passionis Christi perueniunt, de qua præ-  
cedēti proximo cap. diximus. Quotiens beatus apostolus agit de fide, illico in præcedētibus,  
vel in sequentibus verbis gratiā nominat: vt eā denotet verā esse iustificationis formā (cu-  
ius est fides origo & radix) & per gratiā tandem iustificari, nō per solā fidē. Cum aut̄ beatus  
apostolus dicit, aliquādo arbitrari se, hominē iustificari per fidē: vt est illud ad Rom. 3. arbi-  
tramus enim iustificari hominē per fidem: ad differentiā operū legis Mosaycæ id intulit, ne  
quis per opera legis iustitiā se acquirere existimaret. Continuò nāq; subiecit sine operibus le-  
gis. Quæ verba etiā illud præcessit: Iustificati gratis per gratiā ipsius. Considera igitur bea-  
ti apostoli tēperamentū: fidē præponit operibus legis. Et cū dicit hominē non legis operibus  
iustificari, sed per fidē: ne per solam fidē arbitrareris, præmisit iustificati gratis gratia ipsius.  
Quod autem ait in sequenti cap. 4. Ei aut̄ qui operatur, merces non imputatur secundū gra-  
tiā, sed secundū debitum. Ei verò qui non operatur: credit autē in eū, qui iustificat impiū, re-  
putatur fides eius adiustitiā, continuo adiecit: Secundū propositū gratiæ Dei: vt iustificatio  
formalis sit ex gratia. Quod aut̄ dixit: Ei aut̄, ei videlicet, qui operatur sine gratia, mercede-

non imputari secundū gratiā: haud dubiū, quod opus sine gratia operatū, ex vi operis nō habet mercede apud Deū: si autem sit gratia associatū, gratia reddit meritorū opus, quod ex se bonū est, non tamen meritorū absq; gratia. Multanāq; bona opera faciunt homines absq; gratia gratiū faciente: ut iustitiā iudex in peccato mortali existens, eleemosynā homicida, & cetera huīusmodi: quae quidē libero arbitrio facta à Christianis existentibus in mortali, & ab infidelibus, dicuntur opera bona moralia. Qui igitur operatur, ex vi operis non imputatur merces secundū gratiā, quā non habet, sed secundū debitū. Quod si opus absq; gratia fit, nullū ei debitū debetur, cuiusmodi Abraham opus non fuit. Vult autem beatus apostolus Paulus Abraham excludere à mercede debitio operis absq; gratia, quoniam nulla est si ne gratia retributio vitæ æternæ: ne reputaretur sic operasse, quemadmodum operari fabricatores, vinitores, & ceteri eiusmodi homines, quibus datur vesperimerces, non secundum gratiam, ad quā paterfamilias non respicit, sed ad labore. Propterea sequitur: Ei vero qui non operatur (opera scilicet nuda & gratia vacua) credenti autē in eū, qui iustificati pī, reputatur fides eius ad iustitiā. Nūc subsiste parūper, & interroga beatū apostolū Paulum, quomodo reputatur ad iustitiā fides eius? Respondet tibi continuo, secundū propositū gratiæ Dei, secundū gratiā. Igitur fides ad iustitiā reputatur. Nōne iam bis repetui, quotiens apostolus Paulus de fide agit, gratiā illi adiungere: ne fides nuda sine gratiæ veste, & mortua absque operibus charitatis, aliquando existimaretur posse hominem iustificare, & saluare: & ad illum trahere sanguinem Christi & passionis meritum. Quod autē cap. 5. ait: Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christū, per quem habemus accessum per fidem: ne quis iterum suspicaretur, se fidem dicere solam absq; gratia & charitate: attende quot verbis in Lutheranos agat: Per fidē, inquit, in gratiā iustā, in qua stamus, & gloriamur in spē gloriæ filiorū Dei. Non solū autem (vide multitudinē operū) sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiā operatur: patientia autē probationem, probatio vero spē, spes autem non cōfundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritū sanctū, qui datus est nobis. Præterea cū beatus apostolus Paulus ad Hebr. cap. 12. patres de fide quā habuerunt collaudaret, subiungit opera adminiculo gratiæ facta, dices: Ideoq; & nos tantā habentes impositā nubē testiū, deponentes omne pōdus, & circumstans nos peccatū, per patientiā curramus ad propositum nobis certamē, aspicientes in autorē fidei, & consumatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucē, cōfusionē contēpta, atq; in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eū, qui tales sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionē, vt ne fatigemini animis vestris deficiētes. Sūpto igitur à domini verbis gladio spiritus, cū dicit: Filius hominis venturus est in gloria patris sui cū angelis suis, & tūc reddet vnicuiq; secundū opera eius: manifestū est in quē sensū beati Pauli apost. verba sumēda sunt: præsertim cū ipsemē euāgelyj præco illuminatissim⁹ cū de fide agit, cōtinuo superaddit gratiā, tū & charitatē, & ipsius charitatis opera: ne quis fidē ipsā per se solā arbitretur iustificare, & sanguinē Christi ad nos deducere. Est enim fides radix & origo iustificationis: forma autem ex qua iustificamur, ipsa est gratia. Porrò cū beatus Ioa. cap. pri. dixisset: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credūt in nomine eius: ne per fidē solam transfire se quis existimaret in consortiū filiorum Dei, & sic per fidē iustificari: defuturo ad scriptit filiationē per fidem, veluti quid necessariū, ac mu-

xime requisitum: ut pote sine qua impossibile est placere Deo, dicens: Dedit eis potestatem filios Dei fieri: non ita verò fecit filios Dei, qui credūt in nomine eius: sed potius largitus est potestatem illis per fidē posse fieri filios Dei. Ecce quā lucide beatus Ioannes propriam & verā fidē in scriptura tribuit. Inquit enim ēa esse radicem & originē iustificationis, cum dicit: Qui credunt in nomine eius, īā habere potestatem fieri filios Dei. Et tunc ait: Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigenitiā patre, plenum gratiae & veritatis: & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quid accepimus? nē potestatem, qua per fidē datū est nobis fieri filios Dei: & in actū reducēla est per gratiam, quam in filiorū Dei consortium adnumeramur: & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratia pro gratia. Sic & in sua epistola pri. cap. 3. inquit: Videte qualē charitatē dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur, & simus. Non dicit qualē fidem dedit nobis Deus, sed potius ait: Qualē charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur & simus. Sic & Matth. vltimo ait dominus apostolis, cū illis post resurrectionē euangeliū vnuerso orbi prædicare præciperet: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti: docentes eos seruare omnia, quae cunq; mandavi vobis. Non sufficit baptismo ablui, nisi opereris & seruas præcepta. Itē Marci vltimo, cū ait: Qui crediderit (non ibi st̄tit, ne reputes iustificari per fidē) & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui baptizatur gratia suscipit, qua ei delentur peccata virtute & meritis passionis Christi. Et hæc est iustificatio, quā dixit beatus apostolus Paulus ad Ro. cap. 5. Iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Per sacramentū baptismi gratia suscipitur, qua meritis passionis domini iustificamur. Iunge igitur Marcū & Matthæū: Qui crediderit, quia non sufficit ad iustificationē sola fides, addit gratia, dicens: Et baptizatus fuerit, quoniam in baptismo gratia suscipitur, atq; etiam fides & spes. Ne autē reputes gratia in baptismo susceptā ociosam fore, & operibus bonis explosis manere: audi Mattheū: Docete, inquit, eos seruare omnia, quae cunq; mandavi vobis. Ecce operantē gratiam, & mandata faciētem. Cæterum cū dominus apparisset Paulo in via, prout ipse retulit corā Agrippa & Festo, Actu. 26 dixit illi: Ad hoc enim apparui tibi, vt cōstituam te ministru & testē eorum quae vidisti. Et post aliqua verba concludit: Ut accipiant remissionē peccatorū, & sortem inter sanctos per fidē, quae est in me. Vide ut fidem viuā & operantē intellexit Paulus. Ait enim: Vide, rex Agrippa, non fui incredulus cœlesti visioni: sed his qui sunt Damasci primū, & Hierosolymis, & in omnē regionem Iudææ, & gentibus annūtiā bā, vt pœnitentiā ageret, & conuerterentur ad Deū, digna pœnitentie opera facientes. Ad uerte pœnitentiā & opera, & tales habeto fidē, qua digna pœnitentie opera facias. Idē & beatus Petrus tanquā omniū vertex ostendit, Act. cap. 15. Congregatis enim senioribus super cessatione legaliū, ne cogerentur conuersi circūcidiri: cūq; magna, inquit scriptura, cōquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum euangeliū, & credere. (Id vero contigit, quando dimisso de cœlo linteo, ut legitur Act. 10 sibi que ostendo, in quo erant quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli, facta est ad eum vox de cœlo, inquis: Surge Petre, occide, & manduca: & illo renuente dictum est illi: Quod Deus pœnificauit, tu commune ne dixeris. Tunc enim missus est Cæsaream ad Cornelium Centurionem, qui cum omni domo sua & amicis conuersus fuit, & baptizatus.)

Et

Et qui nouit corda Dei, testimonium perhibuit, dans illis Spiritu sanctū, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificat corda eorum. Quomodo autē fides purificat cor? non utique sola, quae non iustificat, sed gratia vestita & rediuina. Audi igitur quid continuo sequitur: Nunc ergo, inquit, quid tentatis Deum, imponere iugum super cervices discipulorum: quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodū & illi. Haec tenet D. Petrus. Per gratiam ergo saluamur, per gratiam iustificamur, per gratiam sanguis Christi ad nos peruenit. Fides ab infidelitate cor purificat: gratia autē iustificat. Haud enim clarioribus verbis exprimi potuit, & si. lei officium & gratiae. Fides namque purificat cor ab infidelitate, expellit incredulitatem, veram fidem hominem tribuit, qua placere Deo possit. Sine fide namque impossibile est placere Deo, ad Hebr. 11. Ex quo radice & originem iustificationis fidem esse dicimus. Gratia enim non subiectatur in anima infideli, nec in heretica: quādo per heresim vera amittitur fides, & manet tantum opinio voluntaria circa eos articulos, quibus non contradicit, prout doctrinam probat beatus Thom. 2.2. quæs. 5. arti. 3. Qui autem verus est fidelis, in cuius anima gratia subiectari potest, per gratiam iustificatur. Quapropter beatus Petrus de fide ait, quod purificat cor, nempe ab infidelitate: & illud tanquam radix iustificationis ad gratiam preparat suscipiendam, qua gratia iustificatur impius. Et hic est veræ fructus fidei, facere intellectum firmiter assentiri, his quæ credenda sunt, & hominem reddere vere fidelem, & cor primum ab omni infidelitate purificare, et proinde radicem esse & originem iustificationis. Ceterum ipsa iustificatio fit per gratiam & bona

*Qui sunt fidei  
& qui charitas fructus.*

Bona opera non fidei: immore vera fructus sunt charitatis, iuxta illud Ioannis 14. Si quis diligit fructus charitatis mei, sermonem meum seruabit. Seruatio mandatorum, charitatis est fructus, & sic etiā cetera bona opera. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis, Ioa. 15. Mori pro nobis Christus suæ summæ charitatis extetit fructus. Mori autem pro Christo, etiam charitatis officium est & ipsius fructus. Et pri. Ioa. 3. qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Non dicit, quomodo fides Dei manet in eo, sed quomodo charitas Dei manet in eo? siquidem opera bona fructus sunt non fidei, sed charitatis. Et beatus apostolus Paulus pri. Corint. cap. 13. ait: Charitas patientia est, benigna est, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Et dominus Luce 10. cū quidam legis peritus ab eo quereret, quis esset ipius proximus? exemplū attulit de Samaritano, qui duxit in stabulum hominem vulneratum, & protulit stabulario duos denarios, dicens: Curā illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cū rediero reddam tibi. Deinde legis perito præcipit: Vade tu, inquit, & fac similiter. Dilectioni ergo proximi opera misericordiae tribuuntur, & charitatis sunt fructus. Illud præterea aduertendum est, quodocumque in scriptura sacra de fide mentio fit, ut semper fide pro fide viua accipias. Quis enim unquam adeo insanus sit, ut si illi hominem dicas, nisi addas mortuum, aut depictingum, hominem accipiat nisi pro homine viuo? Tripliciter namque haec dicitio, homo, accipitur: de viuo, in suo potiori significatu: & de homine mortuo: & de eo qui artificis manu elaboratur. Si autem quispiam tibi referret, se in via vidisse hominem, non utique intelligeres hominem mortuum, nec etiam pictum, sed potius viuentem hominem. Ita quoque cum sit fides mortua & fides viua: cum audis fidem, semper intellige de fide viua, non de fide mortua. Quod autem sit fides mortua beatus apostolus Jacobus indicat: Fides, inquit, sine operibus

*Cū legis fide  
semper viua  
intellige.*

operibus mortua est. Illam autem, quæ per charitatem operatur, vocamus *vñā*. Igitur cū au-  
di fidem iustificare, de fide *vñā* intellige: quod perinde est ac si dicatur: fides charitate *vñā*  
iustificat, non per se sola, sed per gratiam. Et illa virtus quæ dat vitā fidei (ipsa est gra-  
tia) vitam dat iustificationi: & ipsa est quæ iustificat impium. Quare autem fides non possit  
per se sola iustificare, nec saluum facere, aduertendum est. Quoniam peccatorem iustificari  
non aliud est, quam Deo in hac vita *vñiri*: ut sic manens *vñitus*, *vniatur* cum illo in gloria,  
iuxta domini ad patrem deprecationem, Io. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos  
dedisti mihi: ut sint *vnum*, sicut & nos. Et Paulo post: Non pro eis autem rogo tantū, sed  
& pro eis qui crediti sunt per verbum eorum in me, ut omnes *vnum* sint, sicut tu pater  
in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis *vnum* sint. Cum autem iustificari, idem sit quod *vñi-*  
*ri* Deo in hac vita: remissis peccatis per gratiam & charitatem *vnumur*, non per fidem. Ea  
enim quæ *vniuntur*, in aliquo simili *vniuntur* & conglutinātur: prout in materialibus cer-  
nimus. Ad hoc enim, ut duo lapides vel ligna coniungantur, oportet illa parte, qua cōnectū-  
tur esse similia. Cognitio autem hominis neminem cum illo coiungit, sed similitudo, inquit  
Aristoteles, est causa dilectionis. Fides autem præstat cognitionem de Deo, non tamen con-  
iungit & *vnum* facit cum eo credentem. Amor igitur coniungit homines, non cognitio. Co-  
gnitio tamen ad dilectionem requiritur, & est prævia, & cognitionis initium. Sic amor, gra-  
tia, & charitas, *vnum* cum Deo illum efficiunt, qui hæc habet. Ideò homo per gratiam in-  
sticatur, quoniam Deus charitas est, increata tamen: & qui manet in charitate (creata) in  
Deo manet, & Deus in eo, pri. Io. 4. Attende vero non hic dixisse beatum Ioannē, & qui  
manet in fide, sed qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vides amantem &  
amatū amore coniungi, non cognitione. Non ergo desudet heretici, in aerē iactantes verba,  
& sibi falsam promittiētes iustificationē per solam fidē. Quandoquidē qui manet in charitate  
in Deo manet. *Vñiri* autē Deo per gratiā, idem est ac iustificari: quod fieri non potest, nisi  
remissis peccatis per gratiā. Qui enim aliquē offendit, ei reconciliari necesse est, si in eius se-  
rū amicitiā insinuare velit. Fide igitur Deū cognoscimus: non tñ cū Deo *vñit*, sed *vñi-*  
*oni* præstat ipsa principiū & originē: amor vero *vñit* amantes. Quapropter gratia *vñit* cum  
Deo, & iustificat impium. Hinc vero est, quod diligentibus Deū & operantibus per charita-  
tem promittitur vita æterna: credentibus vero absqꝫ gratia & bonis operibus, quæ sunt ipsi-  
us gratiae & charitatis fructus, ut prædictū est, non datur vita æterna. Hoc autē est, quod  
oī scriptura proclamat, dicēte dño. Filius hominis vēturus est in gloria patris sui, cū  
angelis suis: & tūc reddet vnicuiq; secūdū opera eius. Nō dicit enī secūdū fidem  
eius: sed secundū opera eius. Quod & supra cap. 7. ostēdit, dices: Multi dicēt mibi in illa die,  
Dñe, nōne in nomine tuo prophetauimus? dæmoniaeieciimus? & virtutes multas fecimus?  
Amen dico vobis, nescio vos. Discedite à me oīs qui operamini iniquitatē. Nō poterāt utiqꝫ  
isti prophetare, dæmonia ejcere, & miracula facere, nisi haberent fidē. Qui tamē cū sua fide  
separātur à domino, quoniam inanem & vacuam sine charitate & bonis operibus illam ha-  
buere. Idem cap. 25. Vbi de operibus fit disceptatio in iudicio, iustis dicitur: Venite benedi-  
cti patris mei: quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hos-  
pes eram, & collegistis me: nudus eram, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in car-  
cere erā, & venistis ad me. Et inquis dicitur: discedite à me maledicti in ignē æternū: qui

Ratio quare si  
des sola noī  
iustificat.

unimur pfecti non  
per fidem et si p illa  
informe unianus.  
tamqꝫ vera mēbra  
& ped ista te pfecta  
vno responu illaqꝫ que  
e pcharitate pfecto  
yada crescentar ibi  
per gratiam et chari-  
tatēm unimur  
nō p fidem sequit  
pfecte et reliqua  
frem nō da voip  
8

paratus est diabolo & angelis eius: esuriui enim, & non dedistis mibi manducare: sitini, & non dedistis mibi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operiuitis me: unius firmus & in carcere, & non visitastis me. Fides ergo sine operibus non saluat, non iustificat, non unit cum Deo, nec efficit ut meritum & sanguinem Christi attingat anima: principium unionis habet, principium & radix & origo est tantum iustificationis. Quod & a minus iterum repetit, prout refert beatus Lucas cap. 13. Cū autem intrauerit pater familias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicētes: Domine aperi nobis, & respondens dicet vobis: Nescio vos unde sitis. Tunc incipietis dicere: Manduca uimus coram te, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos, unde sitis. Quare hoc audi ant, cū dicani illum noscere? quoniam non sufficit de Deo noticia per fidem tantum. Inquit enim: Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Quid immoramus? nōne beatus apostolus Paulus pri. Corint. 13. de ipsa fide & charitate disserēs, ait: Etsi habuero omnem fidēm non dicit qualem cung. fidē, ne subter fugeret hæreticus quispiā dicens, tantā vel tantam fidē habere oportet, ut iustificeris, & ad te trahas sanguinem Christi: ideo dicit omnem fidem) ut montes transferam, (tam integrā, tam fortē, ut montes transferam) charitatē autem non habuero, nihil sum: Quin & ad Gal. 4. idē alijs verbis repetit, dicēs: Nam in Christo Iesu, neq; circumcisio aliquid valet, neq; preputium, sed fides quae per charitatem operatur. Et ad Rom. 3. inquit: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Quod volens beatus apostolus omnino explanare, & quēadmodum gratia iustificamur, & fidem necessē habere bonus operibus exerceri ad salutem, & ad meritum passionis Christi consequēdum, inquit ad Titū 3. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei: nō ex operibus iustitia, quae fecimus nos, sed secundū suam misericordiā saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorē nostrum. Audi nunc iustificationem: Ut iustificati, inquit, gratia ipsius hæredes sumus secundū spem vitæ æternæ. Vidisti iustificationem per gratiam, nunc audi operantē fidem: Fidelis sermo est, inquit. Et de his volo te confirmare, ut curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. Nescilicet ociosam habeant fidē: nec gratiā qua iustificantur negligāt, sed curit bonis operibus præesse, quibus Deus iam fidem dedit. Hæc sunt, inquit, bona & utilia hominibus: quia si dicat, cetera autem inutilia sunt & vanæ eorum, qui fide sola volunt iustificari, & sanguinē Christi ad se trahere. His igitur verbis hæreticos conuincit Paulus. Hoc etiam maxime confirmat beatus Iacobus, dicens: Tu credis quod vnuis est Deus, benefacis & dæmones credunt, & contremiscunt. Vis autem scire, o homo inianis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abrahā pater noster nōne ex operibus iustificatus est, offerens Iaacum suū super altare. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consumata est? Et impleta est scriptura, dicens: Credidit Abrahā Deo, & reputatus est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & nō ex fide tantū. Bis iā annotauit beatus apostolus, quoniam fides radix & origo iustificationis. Atq; ideo dixit: fides cooperabatur, & nō dixit operabatur, sed simul operabatur cū gratia videlicet. Et nūc repetit, & nō ex fide tantū. Similiter & Raab meretrice nōne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via eyciens? Sicut enim corpus sine spū mortuū est, ita & fides sine operibus mortua est: & Lutheranorū opinio per scripturā sacram

sacram falsa, hæretica & pernicioſiſima inuēta eſt. Ut autem poſſint veri catholicī pernicioſiſimam & impudentiſsimam Lutheranorum hæresim apertius inſpicere, attingent in eis de divisiones & ſeparationes eſſe quā plurimas. Non enim ſibi conſentunt omnes, ſed quidam eorum illud inſificantur, quod alij tenent, alijsque aliud, pro ſuo quisq[ue] libitu aſſuerat: cum iuxta scripturā ſacram vna ſemper eſt fides, que vnum proſitetur Deum. Inter Lutheranos autem quomodo de uno Deo ſic diuero modo ſentitur, negatur & affirmitur? Quæ ſola re eſt in diuicio inſpecta ratio arguit eorum ſectam hæresim eſſe pernicioſiſimam. Quod & beatus apostolus Paulus ad Ephe. cap. 4. fideles admonens, ne circumferantur omni vento doctrinæ: Vnus, inquit, Deus, vna fides, vnum baptisma. Vnaigitur eſt fides catholicæ, quam tenet ſancta mater ecclesia. Porro idem apost. prænuncians Galatis, ne aliquam ſuſcipiant hæresim ſub nomine fidei, ait: Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquamquod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Hoc autem, quoniam cum ſit vnius Deus & pater domini noſtri Iesu Christi, vna ſit fides neceſſe eſt. Hanc verò ſemper ab initio ſæculi, poſt Adæ lapſum tria concomitantur tanquam certiſſima & notiſſima ſigna, quibus ſit manifestum, penes quem viget catholicæ fides. Haec tria ſunt ſacrificium, Dei laudes, atq[ue] miracula. Sacrificio nanque Dei protestamur diuinitatem, & cultum ſoli diuine maiestati debitum reddimus: laudibus, gratiarum actiones illi impendimus, & per miracula ipſe veræ fidæi testimonium, reddit. Sic Abels ſacrificium obtulit: & miraculo ignis descendens de cœlo (ut antiquiſſimi doctores Hebræi & etiam latini referunt) qui ſacrificium conſuſebat, Deus testimonium perhibebat eius ſibi innocentiam & munus placere. Vnde & indignatius Cain, qui etiam ipſe offerebat de frugibus terræ, prorupit tandem in fratricidium. Noe quoque illico obtulit cum egrederetur de arca, poſt transactum diluvium, prout habetur Genesis. 8. capit. Edificauit Noe, inquit, altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta ſuper altare. Odoratusque eſt dominus odorem ſuavitatis. Hoc eſt, Inſcepit ſacrificium oblatum ab Noe. Itē Enos filius Seth: Iſte cœpit, ait ſcriptura Genesi capit. 4. inuocare nomen domini. Porro Melchisēdec ſacerdos Dei altiſſimi, offerens pro Abrahā panem & vinum, benedixit illum, & laudes Deo reddidit: cui Abrahā dedit decimas, prout habetur Genes. capit. 14. At vero Melchisēdec rex Salem profferens panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abrahā Deo excelfo, qui creauit cœlum & terram, & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis traditi ſunt. Et dedit ei (ſcilicet Abrahā) decimas ex omnibus. In lege ſcripturæ Deus plurima præcipit offerri ſacrificia. Et laudes iuſtitutæ ſunt cantorum & tubarum & aliorum generis musicorum, prout habetur in toto Exodo, & deinceps per omnem ſcripturam, præcipue in libris regum. Itaque ſemper fidem veram hæc tria concomitata ſunt, ſacrificium, Dei laudes, & miracula: que perfectiſſime uſque in hodiernum ſancta mater ecclesia: offert enim corporis & ſanguinis domini in estimabile ſacrificium: laudes ſemper Deo reddit in horarijs precibus: pariter & per sanctos huius fidei confortes plurima uſque hodie operatur miracula. Vide igitur hæreticam Lutheranorum perfidiam, qui tantis obruuntur exemplis. Ecce ſacrificium negant, nec quidquā Deo offerūt. Ecce omnem Dei laudem abiciunt. Ecce miracula inter eos ſic existentes hæreticos nec unquam fuere facta, nec ſi. nt. Quoniam Deus quicquid eſt veritatis & miraculorum effector,

R nunquam

Vna ſporret  
fit vnius Dei  
fides.

Tria ſepe co-  
muniatur ſide  
catholicam.

In duobus si miles Mahumetanis conueniant, & in oculo illis longe peores, à fide catholica deueniant: haud dubium quin cum Mahumetanis, Turcis, Sarracenis conueniunt Lutherani in negatione, & crameretur, baptismo tamen excepto, quem fatentur. Secundo, in eo conueniunt, quod omnibus ducentas uxores afferunt, nullum votū, nullamq; virginitatem seruantes. Nec domini verba curat laudatio virginitatem: Sunt, inquit, eunuchi, qui se castrauerunt propter ergnū cælorum. Nec illū ex virgine natū considerant: Nec apostolū Paulū clamantē pri. Corin. 7. Qui matrimonio iungit virginē suā, bene facit: & qui nō iungit, melius facit. Octo autem in quibus laxiores Mahumetanis eorum peiores, sunt Lutherani: Primum est, in structura templorum, quae Mahumetanis non displicet Deo templo aedificantibus, ibi q; conuenientib; & orantibus: Quae tamen illis non prosunt, quoniam non credunt in dominū nostrū Iesū Christum. Lutherani structuras tēplorum, quas Deus in veteri & nouo testamento probauit, respūnt. Iam enim temporibus apostolorū erant basilicæ, in quibus populus Christianus conueniebat ad laudandum Deum, & sacramenta suscipienda, prout beatus apostolus Pan. pri. Corin. 11. attestatur. Nunquid, inquit, domos nō habetis ad manducandū & bibendū aut ecclesiā Dei contemnitis? Et supra: Conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras se. Secundo, laxiores & peiores sunt Lutherani Mahumetanis, in eo quod Mahumetani habent sacerdotes inferiores, & superiores, qui habitat iuxta tēpla eorū. Nec ullā vñq; legitur fuisse idolatraru gentē sine sacerdotibus: Lutheranis exceptis, qui ēone tollūt sacerdotū & vñū quenq; dicunt esse sacerdotē. Tertio, istis sacerdotibus Mahumetanis obedientia & reverētiā exhibet, etiā ipse Turcarū rex. Lutherani ad laxiore vitā degēdā, nec sacerdotē, nec illi obedientiā, cū apud eos nō sint, præstāt. Quoniam sic volūt, sic viuūt, sit pro ratione volūtas. Quartō, celebrant festa sua Mahumetani, ēonemq; sextā feriā, & festū Ioānis baptistæ & alias habent celebritates. Lutherani autē omniē diē festū explodūt. Quinto, Sarraceni & oēs Mahumetani habent ieunia sua, quae seruant magno rigore & abstinentia, semel edētes in die, nullū vñq; ad noctē cibū sumētes: Lutherani ēone ieuniū tollūt, negligunt ac vituperant, seper edētes & bibētes. Sexto, Mahumetani ad loca quae ab ipsis reputātur sc̄tā peregrinātur, & suis oblationibus venerātur: Lutherani oēm peregrinationē tollūt: nec ipsum sepulcrū domini, Mahumetanis celebre, venerātur. Septimo, Mahumetani cōfiterunt purgatoriū locū, in quo anima expiātur quae nō ita mūda & desecrata ex hac vitā decesserūt, & oblationes pro animabus purgatoriū offerūt, & deprecationes: Lutherani purgatorium negāt, oblationes blasphemāt, & deprecationes oīno respūnt. Octauo, Mahumetani oīs cōfiterunt, & sic habeant in suo alcorano, neminē absq; bonis operibus sola fide posse saluari: Lutherani opera negāt, tū & fidē ipsā cōmaculāt: Quia adeo separati, & lōge sūt ab ecclesia, ut etiam si ad Turcas seu sarracenos se cōferant, illos nunq; suscipiat, reputantes illos hominē esse pessimos. Ut nō fere credibile videatur Christianos homines eo dēmētiā adductos, ut per totū spatium distēt ab ecclesia catholica: nec tantū ab ipsa ecclesia catholica, verū & ab omni hominē secta & natura. Nulla enī vñq; natio fuit, quae nō habeat suos sacerdotes, suas oblationes, orationes, sanctos, peregrinationes, & cetera huiusmodi, quae cōtra omīm hominē instictū & rationis dictamen, soli Lutherani negūt. Reliquū est ut pia, sancta mater ecclesia ad Dei et hominē

hominis Christi Iesu genua prouoluta, sponsum suum a siduo deprecetur, ut ab eorum metibus  
hunc cœcitat is tenebræ auferatur: oemq; solicitudinem praestent, summis præcipue pontifex  
& cœteri pontifices & doctores concilijs, exhortationibus et scriptis, principes etiâ Christi  
anib; ab illis cœtedat, ut à tâ obsecna, tâg; sacra scripture aduersa hæresi cœvertatur ad  
unitatem ecclesiæ scilicet catholicæ, quæ sèper illustratur fide, ut Iesu Christi dñi nostri decet sp̄o  
s'immaculatâ: Cui cum patre & sp̄u scilicet est honor, gloria, & imperium in æternum. Amen.

## Tractatus primus in XVII. cap. beati Matthæi.

**Q**uod dñs in ultimis verbis præcedetis ea promisisse traditur, nūc in initio hu-  
ius decimi septimi, ostendit beatus evangeliſta exhibuisse. Dixerat namq; Am-  
dico vobis, sūt quidā de hic statib; q; nō gustabūt morte, donec  
videat filiu hoīs veniente in regno suo. Hoc est, in maiestate quæadmo-  
du regnaturus ē. Quod aut̄ his sp̄opodit verbis, ope post dies sex exhibuit. Et post dies sex  
assumpsit Iesu Petru, & Iacobu, & Iannē fratre eius, & duxit illos in mōte ex  
cellum seorsū, & transfiguratus est ante eos. Huc monte dicunt fuisse monte Thabor  
secundū David prophetam ps. 88. Thabor & Hermo in nomine tuo exultabūt. In nomine  
quod est super omne nomē id est Iesu filius Dei. Hermo iuxta Iordanē est, quo in flumine  
baptizato dño baptismo Ioannis, vox patris audita est: Hic est filius meus dilectus. Similis  
q; vox in mōte Thabor de nube lucida, in hac glorioſa transfiguratione à patre auditur,  
dicente: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsū audite. In noīe igitur  
filii Dei Thabor & Hermon exultant. In veteri namq; lege Iordanē sicco vestigio transie-  
runt Iudei, Iosue cap. 3. iuxta quē Hermo situs est. Et in mōte Thabor victor euasit Ba-  
rach, occiso Sisara duce exercitus Iabin regis Chanaan: prout habetur in libro Iudicū, cap.  
4. Ceterū cū David in prædicto ps. 88. in noīe dñi dicit lætari Thabor & Hermo, & nome  
Christi à patre extollitur in vitroq; mōte, iuxta Hermo, et in mōte Thabor: Hic est fili⁹ me-  
us dilectus, in quo mihi bene complacui. De istis mysterijs prophetia p̄si. Verius interpretatur  
quam de Barach & Iudeis Iordanē transiuntibus. Ceterū hos tres apostolos. nō alios adsup-  
sit dñs, cuius voluntas sèper iustissima est: vel quia sic statuit occulto & iustissimo suo consilio:  
vel Petru adsupsit, ne illi diuina mysteria occultaretur, qui sumus potissimum orbi erat præfici-  
endus: Ioannē verò, quem sacratissimæ virginis in filium in cruce pendens substituit, vt de  
hac gloria posset cū ea familiariter loqui: deniq; Iacobu, quia primus omnium apostolorū p̄ fide  
Christi erat occidend⁹. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta aut̄ eius facta  
sunt alba sicut nix. Ata Christi glorioſa refudit claritatis dotem quo ad substantiam in cor-  
pus Christi, unde facies eius resplenduit sicut sol: Ex splendore corporis uestes nimio fulgu-  
re corruscant, & sicut nix albæ efficiuntur. Luc. dicit: & vestitus eius albus & refulgens.  
Dicimus quoad substantiam dote claritatis id cōtigisse. Quoniam quemadmodū essendi p̄  
manentia illius claritatis erat necessaria ad rationem dotis glorioſi. Vnde beato Tho. magis  
placet subtilitatem qua dñs excinuit de intemerato virginis utero, & agilitatem qua sup aquas  
maris deambulauit, & claritatem quādo est transfiguratus miraculo adscribere, quam doti  
bus glorioſis. Prædixerat enim dñs futurū esse ut repbaretur in Hierusalē, & crucifigere  
tur: similiter q; suos iubet, si perpetuam velint salutem cōsequi, tollere crucem, & illum se-

Rij qui

qui, operibus bonae imitationis, nec sibi ex sola fide sperare salutem. Hæc autem cum ardua sint et repugnantia carni: idcirco dominus quanta illi sunt gloria afficiendi, quantoque donandi præmio, qui ipsius crucis quotidie humeris baulates ipsum sequi velint, ostendit. Tanto igitur subleuati sunt gaudio, tantaque dulcedine suffusi discipuli, ut Petrus iam illa claritatis incuditate contentus, clamaret: Domine bonus es nos hic esse. Voluit etiam dominus discipulis ostendere, quanta posset potentia probra morte evitare si vellet, quod ipsi postea, huius gloriæ memores, populis annuntiarent: sed verum Dei filium indicat, cum animam in verbo gloriosa tantum fulgoris posset in corpus refudere. Nec enim aliud nisi Deus vel videns Deum anima glorificata, tantum luminis corpori opaco adhibere posset: nec tanto ac tam mirabilis fulgore coruscare. Aduerte igitur, quoniam ois labor sub tanta gloria leuis est, oisque vilescit modulus, et in paupertatem computantur diuitiae, si ad hanc conferantur lucem. Quod si tanta claritate fulget laterna, corpore scilicet, ipsius interius animæ lumen quanto splendore fulgeat? Rursus, si anima gloriosa, ea claritatis exuberat copia, ut etiam corpus tanti luminis dote particeps reddat, quis quæso explicare possit, qua claritate irradiet illud indeficiens lumen, Deus scilicet verus, qui fons luminis ipse est permanentis? Candor enim, inquit sapientia cap. 7. est vita æternæ, et speculum sine macula, et imago bonitatis illius. De quo David dixit: Quoniam apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen, psalm. 35. Nulla igitur tenebra cor nostrum occupet, tollat unusquisque crucem suam quotidie, et Christus sequamur: quando à fonte luminis Deo tanta in anima claritas se refundit, et ab anima tanta splendore decoratur corpus. Moyses quando legem accepit, ex consilio sermons Dei, prout habetur Exo. 34. cap. coruscarem faciem populo ostendit, at vero non sicut sol: nec vestimenta eius splendentia, et alba velut mixta sunt facta. Amplioris enim gloriæ, inquit, beatus apostolus Paulus ad Hebreos 3. iste praeterea Moysus est habitus, quanto ampliore honoré habet domo, qui fabricat illam. Omnis namque dominus fabricatur ab aliquo: qui autem oia creavit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quae dicenda erant: Christus vero tanquam filius in domo sua. Et ecce apparuerunt illi Moyses & Helias cum eo loquentes. Ecce tanquam famulus Moyses loquitur et Helias, ut saeculis immotescat dominum nostrum Iesum Christum alegeat et prophetis testimoniis suæ divinitatis habere, eundemque esse dominum legis et prophetarum: cuius ad obsequium legislator Moyses, et prophetarum zelotes Helias adueniunt. Moyses quidem ex limbo sanctorum patrum corpore ex aere formato adest. Helias vero viuus cum sit, a loco in quo illum dominus constituit (qui locus dicitur esse paradisus terrestris) aduenit. Loquebantur, inquit Lucas, excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. De quo supra proximo capit. refert beatus Matthæus dixisse dominum discipulis: nempe quod oportebat cum ire Hierosolimam, et multa pati a senioribus et scribis et principibus sacerdotum, et occidi, et tercia die resurgere. Merito igitur loquuntur de morte domini Moyses et Helias, ut discant discipuli, hanc in lege Moysi multiplici sacrificio, et sanguine praesurgari, et prophetis plurimis verbis vaticinari: hanc unicum esse humanæ salutis remedium ad peccatorum extincionem, et vitæ æternæ largitionem: ne Petrus alias dicat cum haec audierit, absit a te domine, non erit tibi hoc: quinimum sciat ad hoc dominum in mundum venisse, et tanta teneri mole, ac tanta saeditate conspurcari peccatum, quod alio non possit expelli precio, nec alio lanacro ablui: Agnoverunt autem Moysem et Heliam ex verbis cum Iesu,